



Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

Complectens Sex Postiores Libros. [Liber VII-XII]

Baronio, Cesare

Romæ, 1635

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S. R. E. Card. A Lvdovico Avrelio Perusino In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65060](#)

91


ANNALES
ECCLESIASTICI
CAESARIS
BARONII
S. R. E. CARD.

*A LUDOVICO AVRELIO
Perusino*

In totidem libellos breuissimè redactū
in quo magna volumina opus.
ab Authore digestum est.

LIBER VIII.

Respondens Octavo Authoris Tomo.

Chri.  Elagio, ut diximus,
Ann. vita functo, om-
590.  nium statim oculi,
P ac vota in Grego-
rium vertuntur,
 quem non magis
claritudo generis.
ac rerum usus, quam insignis quædam
morum probitas, ac sanctimonia com-
mendabant. Is igitur Rom. Cleri, ac Grego.
Populi suffragijs ad summum Pontifi-  Magn.
catus apicē electus, assensu mox Cæ- Papa.
sarīs habito (qui mos à Gothis Regi-
bus

92 Epit. Annal. Eccles.

bus per vim inuestus, à Iustiniano, ac
Successoribus mordicus retentus est)
solemni ritu consecratur, III. Nonas *Mari*
Septembris; cuius rei memoria Eccle- *rol. Ro*
fiaisticis tabulis seruata, singulari præ- *man.*
rogatiua, quotannis recolitur. Ipso au- *Grego.*
tem Pontificatus exordio, publicis sup *l. 11. a.*
plicationibus, quæ *Litanie* sunt dicte, *2. Reg.*
institutis, grassantis vim morbi depulit. *Grego.*
ad hæc Schismaticos, Episcopos, de *Tur. l.*
quibus meminimus, Ecclesiæ adiunge- *10. c. i.*
re omni ope conatus est, quod & fœ-
liciter perfecit.

Per idem tempus Galli, inito cum *Grego.*
Mauritio fœdere, ad Lögodardos Ita- *Tur. l.*
lia pellendos, ex condicto, in eam de-
scendunt; cæterum Mauriti copijs *10. c. 3*
plus æquo cunctantibus, præter ingen- *P. Dia.*
tes prædas, ac plus quam hostiles po- *l. 4. c. 4*
pulationes, nihil memorabile ab his
gestum est, Longobardis munita intra
oppida se se continentibus.

Synod.

*Anti-
fiod.*

Sumen

de Eu-

chari-

stia

mos.

Hoc eodem anno Antisiodorensse
dioecesanum Concilium celebratur.
sanciti in eo sunt Canones quinque,
ac quadraginta, quorum complurium,
& si usus exoleuit, antiquitatis camen
indices remansere; qualis ille, quo Mu-

lieres Sacram Eucharistiam manu su-

mera prohibentur, cum hoc Viris es-

chari- set permisum. de quo veteri more

Sanctus quoque August. meminit, do-

cerq. Viros lotas afferre manus, Mulie-

res verò nisi da lnteamina cōsueuisse. temp.

Quo

Quo tempore Occidentalis Ecclesia Gregorio, tanto Viro, illustratur, Orientalis etiam Sanctissimo Praesule mirum in modum decoratur. Is fuit *Theodorus Siceota*, qui ex Archimandrita, inuitus licet, Anastasiopolis Galatiæ Urbis Ecclesiam regere coactus est.

Quod ad politicum Orientis statu pertinet, aduersus Aures male pugnatum est. in Peras quoque, quæ Ducum discordia, quæ militum seditione, nihil gloria dignum est gestum.

Chri. Altero iam anno, ab initio Pontifi-
Ann. catu, Gregorius Synodalem ad Orien-
591. tis Patriarchas dedit Epistolā, qua ca-
lib. I. tholicam sincerè Fidem, ex more, pro-
Ep. 24 fessus est. tum, quod didicisset Horten-
lib. I. sem Episcopum ab Exarcho Rauennæ
Ep. 32 detineri ad illius causæ cognitionem
Synodus actutum cogi mādauit. Mo-
nachos præterea, ac Clericos in offi-
cio continere, pluribus in id datis epi-
stolis, curauit.

Apud Siciliam hoc tempore vsu *id.l. I.*
Subdi. receptum erat vt Subdiaconi Vxores c. 42.
conti- ducerēt, id iam Pelagius Gregorij An-
nētia. tecessor vetauerat, imo, vt matrimonia
huiusmodi soluerentur præceperat.
rem Gregorius ita demum definijt,
vt, qui iugati iam essent, retinere Con-
iuges possent, sed ad superiorem or-
dinē, nisi illis dimissis, promoueri haud
possent. Subdiaconus porrò nemo in

po-

94 Epit. Annal. Eccles.

posterum consecraretur, qui continentiam Episcopo non antea sponderet.

fabula opportunè autē *Author portentosā hic,*
de Sa- à *Nouatoribus effictam, oxplodit fabu-*
cero- *lam, de vetito, mox permisso à Grego-*
tū con- *rio Sacerdotibus coniugio, quod innu-*
ingio. *mera infantium protectorum capita, à*
piscatoribus in piscina reperta didi-
cisset.

Rom. Habebat hoc tempore Rom. Eccle-
Eccle. sia Locupletissima vbique terrarū Pa-
Patri- trimonia, extra Italiam quoque, atque
monia adeo extra Europam. cum autem, cul-
torum inopia, pleraque essent destitu-
ta, omnisque redditus expertia, ex his,
quæ apud Africam erant latifundia,
Gennadij eius Prouinciae Exarchi di-
lignantia factum est, ut pristinū ad cul-
rum restituerentur; qua de re ipsius
Greg. Gregorij ad illum extat Epistola, qua l. 1. ep.
vigi- testatur, ex hac eum pietate, preclaras 7 l.
lātia. de hostibus Victorias reportasse, alia-
que à Deo beneficia fuisse consequ-
tum. Hunc pariter aduersus Dona-
tistas (quando hac in re Catholici ep. 73.
Episcopi segniores essent) excitauit.
porrò quem suis Epistolis Orientem,
atque Africam inuisentē agnouimus,
Galliam quoque, atque Hispaniam,
eadem ratione, hoc tempore, lustran-
tem, ex eius Epistolis agnoscemus.

Obierat superiore anno Antharit *P. Dī.*
Longobardorum Rex: nouus ab his l. 3. 6.
non nisi hoc demum anno Rex eligi- *vt.*
tur

tur Agilulfus, quē Theodolinda extin- *Agilulfus.*
cti Regis Vxor secūdis sibi nuptrijs co-
pulavit, atque ex Arriano, Catholicum
reddidit, maximo totius Gentis bono,
quæ Regis sequuta exemplum, since-
ram, & ipsa, fidem amplexa est, siue
abiurata hæresi, siue Idolorum cultu
abdicato. ita, quod Franchis quoque,
atque Hispanis, per Clodouei, atque
Hermenegildi Coniuges vsu venerat,
Ecclesia per foeminam, non insolent-
ter, ditata est.

Theo- ph. Quod ad res spectat Orientales,
Ducum discordijs per Aristobolū de-
mum compositis, Militum quoque Se-
ditionibus ferme consopitis, aduersus *Vicio-*
Persas egregiè pugnatum est, Marty- *ria de-*
ropoli, Vrbe munitissima expugnata. *Persis.*

Chri. Ponrficatus anno tertio Gregorius

Ann. internis pariter, externisque malis ve-
592. xatus est, aduersa ipse valitudine con-

Greg. sueto magis tētatus, Vrbe autem, iusta *Lögob.*

Ep. 32 fere obsidione à Longobardis vallata, *Vrbē*

l. 2. & quam Ciues tantum vtcumque tueri *obsidēt*

Ep. 31 coacti sunt, nullo externo munitam

l. 4. militē, cùm Mauritij eā copiæ, Perusiā
vt defenderent, deseruissent; qua de-
re ipse apud Augustū modestē simul,
atque acriter expostulat.

At sanctus Pontifex tot, tantisque *Greg.*
licet ærunnis confectus, tum, Legatis *vigilā*
ex Africa exceptis, eius Prouinciæ re- *nia.*
bus consuluit, tum Hiberniæ Episco-
pos Catholicæ communioni adiunxit,
alio-

aliorumque Episcoporum complurim ad se delatas contentiones, apostolica diremit sententia: denique vacantium Ecclesiarum, dum earum Antistites legerentur, curam impensè suscepit.

Celebratum hoc anno est Conci- *Synod.*
lum Cæsaraugstanum secundum, à *Cæsa-*
quo illud, inter alia, scitu dignum de- *raug.*
cretum est, ut sanctorum reliquiæ, quæ Reliq.
in Arrianorum Téplis inuentæ essent, igne
igne probarentur, ac tum demum le- probā-
gitimæ censerentur, cum ab incendio dæ.
illæsæ persistérent.

Hor- Per idem tempus Persæ *Hormis- Euag.*
mida dam Regem sœvitia, atque auaritia in- *l. 6.*
Pers. signem, eaque ex causa omnibus exo- *15.*
Rex. sum interimunt, ac Cosroē filium sub-
Cosro. stituunt; in quem mox Barames Dux
es. exercitum mouet, ac fugam capeſſere
cogit. is igitur consilij inops, laxatis
equo habenis, vt, quò fors tulisset, de-
Man- duceret, in Romanos fines deuehitur.
ritium legatione indè ad Mauritiū missa, be-
adit. nignè ab eo excipitur, ac in Regnum
restituitur, quod tamen non nisi se-
quenti anno gestum est.

votum Regno itaque redditus Cosroes, ex Chri-
Chri- voto inter ærumnas Christo nuncupa- *Ann.*
sto vo- to, Cruces auro, ac gemmis elabora- *593.*
uet tas aliaque donaria magni precij Gre-
gorio Antiocheno mittit præclaris
cum inscriptionibus, quas apud Eua-
grium, ex eoque apud Auhorem hic *l. 6.*
habes. ea Gregorius ex ipsius destina- *20.*
tione

tione Regis, Mauritio anpuente, Sergio Martyri dicata, celeberrimo eius in Templo collocauit. Ex his, & sequuta mox Naamanis Sarracenorum Principis ad Christi fidem conuersione, fallo vulgatum est Persicum Regem Christianum factum quod Latinos Scriptores nonnullos in errorem induxit.

- P. Dia. Legē superiori anno Mauritus tu- *Mauri*
l. 4. c. lerat, qua cauebatur, ne qui publicis *tij lez.*
17. rationibus essent impliciti neue Mili-
tes, qui emeriti non essent, reciperen-
tur in Monachos. eā Gregorius Pont. *Greg.*
ep. 61. literis ad eum datis, ita demum corri *Zelus.*
G. 62. gi, ac veluti recudi curauit, vt publi-
l. 2. G cis rationibus obnoxij non nisi his fo-
ep. 11. luti, monasteria ingredi possent, Mili-
l. 7. tes verò, non nisi per triennium pristi-
no in habitu inter Monachos vestiti,
monasticum reciperent.

Elucubrasse hoc anno Gregorium Dialogorum libellos, in idque Seces- *Dialo-*
sum optasse, idem ipse testatum reli- *gos scri-*
quit. ceterum nec diutina fuit seces- *bit.*
fio, nec à pontificalibus muneribus
omnino feriata; nam, & obiurgandus
illi hoc tempore fuit Ioannes Rauen-
næ Episcopus, quod, præter Ecclesia-
sticum morem, nec tempore, nec loco
decenti, Pallio vteretur, & alij com-
plures, pro re nata, corripiendi, quod
ex eius hoc anno datis literis satis cō-
stat; vt de Monasticæ disciplinæ resti-
tuendæ cura, deque Ecclesiarum bo-

E nis

nis conseruandis fileamus.

Hoc eodem anno seditio maxima
Monia excitata est in Pictauensi Sanctimo- *Grego-*
liū se- nialum Monasterio à Crodielde *Ca-* *Tur.l.*
ditio. *riberti, & Basina Chilperici Regum si-* *9.c.39*
liabus, quæ, post Radegundis obitum,
seueriorem pertæfæ disciplinam Cœ-
nobium egrellæ, impunè diutius de-
bacchatæ sunt, rem æquè Politicam,
atque Ecclesiasticam perturbantes,
atque omnia sus, deque miscentes; vt
Gunteranni, ac Childeberti Regum
authoritas, ac duplex Synodus ad eas
compescendas vix satis fuerint. res
fusius à Gregorio Turonensi rerum
tunc gestarum inspectore percensem-
tur.

At non tam harum improbitas scā- *Grego-*
dalo, quam Iagobertæ probitas exem- *Tur.l.*
plo fuit; quæ Cariberti olim Vxor hoc *9.c.16*
ipso tempore ad Deum migravit.

Gaga- Auares interim, qui Thraciam **Ga-** *Nicu-*
nus A- gano Duce (quem Gaianum alij ap- *ph.lib.*
uarū pellant) populationibus infestam ha- *18.c.*
Dux. *bebant, à Prisco trans Istrū puli, que-* *31.*
tum Reip. Statum apud Orientem re- *Euag.*
liquere. Quo tempore Colenduc, *l. 6.c.*
inclita apud Persas Foemina, Marty- *19.*
rium à Magis perpessa est. *Nice-*

Hoc eodem anno, quod quidam *ph.lib.*
 ante biennium factum tradunt, Mau- *18.c.*
 ritius Theodosium Filium, Augustum *25.*
 appellatum, Imperij Collegā assūmit. Chri-

Nouo excurrente anno pastorali, Ann.

ex 594.

ex more, curæ, Gregorius incumbens,
multa cum Episcopis transegit, ut ex
eius pariter Epistolis edocemur. tum

Grego. à Constantina Augusta rogatus, vt sa-
l. 3. ep. cro sanctum Pauli Apostoli Caput, vel

30. reliqui corporis partem aliquam insi-
gniorem Byzantiū transmitteret, con- Reli-
stanter abnuit, restatus sacras huiusmo- quia
di, etiam inferioris notæ, apud Vrbem Vrbe
reliquias, vix impunè aliquem, etiam non a-
honoris causa, haec tenus contreftasse, moue-
ne dum abstulisse, catenę porrò partē, d.e.
quam idē Apostolus vincitus gestasset,
missurū se haud grauatè pollicitus est.

Agitur hoc eodē anno Metis apud Synod.
Galliam Synodus, à qua Aegidius Rhe. metē-
mēsis Episcopus, maiestatis cōpertus, sis.
in ordinē redigitur Basina, ac Crodiel-
dis, quas diximus, alia in Synodo à cō-
munione pridem remotæ, Childeber-
to Rege irrogatam multam depre-
cante, restituuntur. Restituitur & Ana-

Euag. stasius Sinaita (Gregorio vita functo) stasius
l. 6. c. Antiochenæ Ecclesiæ, à qua vndetri- Sinai-
23. gesimum ante annum pulsū memo- ta.
rauimus.

Chri. Agilulfo Ticini Commorante, Ro- Perus-
Ann. manus, Patricius Rauennæ Exarchus sia ca-
595. Romam contendit. inde cum recede- pta.
P.Dia. ret, Perusiam, quæ haud ita pridem in
l. 4. c. Longobardorum venerat potestatem,
3. Mauritio illorum Duce pollicitatio-
nibus illecto, recipit. Perusia exemplū
sequutæ Ameria, Tuder, aliæque Vrbes

100 *Epit. Annal. Eccles.*

nonnullæ ad Romanos pariter defi-
Agili ciunt. certior de his factus Agilulfus,
lufsi vi Perusię in primis ammissione, seu situs
Gloria. opportunitate, seu opū copia, ac Ci-
uum, magni rebus suis momenti esse
animaduertens, infesto ad eam agmine
ipse contendit, obsessamque, haud ita
multò post, recipit, Mauritione Au-
thore defectionis imperfecto. post hæc
Romanum agrum populatus, amissisq.
paulò ante Vrbibus facil negocio ite-
Romæ rum potitus, Ticinum reuertitur, Gre-
terret. gorio cum Romānis reliquis ita exter-
rito, ut ab expositione, ut ipse tradit, *In p.*
Prophetiæ Ezechielis, ac concionandi *fat. l.*
illum munere cessare coegerit. *Hic in E.*
multa Author, ex eiusdem Gregorij
dictis ad Populum Homilijs, de Mise-
rando hoc tempore Vrbis, atque Italia
totius statu recenset. Gregorij porrò *ep. 33*
vigilantia, atque custodia, tum Eccle- *ep. 34*
siæ reddituum profusione factum, vt *l. 4. ep.*
Romani à circumstantibus Barbaris tu- *23. l. 1*
ti esse possent, abundè ipse testatum
reliquit, qui se precio salutem Vrbis
quotidiè redimere, etiam apud Augu-
stos, queritur. quamquam fuisse Vrbem
haec tenus Barbaris inaccessam, nō tam
humanæ custodiæ, ac largitionibus,
quam diuino Apostolorū Principis pa-
trocinio, tribuendum putat.

Io. By- Ioannes interim Constantinopoli-
Zantiij tanus Antistes, quem diu iam Eccle-
Anti- siarum omnium Primate adipiscen-
di

di cura coquebat, hoc maximè anno *fletes*
(*Oecumenici usurpatione nominis*) id *Prima-*
se per aliorum Patriarcharum, ipso- tū am-
rumque Augustorum conniuentiā ob- bit.

tinere voluisse visus est. id Gregorius
haud quaquam contemnendum ratus,

ep. 38. literis illum priuatim monitum princi- Greg.

& 39. pio voluit, tum per suū Byzantij Apo- zelus.

l. 4. crifarium. his cum se nihil proficere

Ep. 32 animaduertisset, ad Mauritium ipsum,

34. l. 4 ac Coniugem scribendum ea de re

*existimauit, quod summo cum verbo-
rum, ac sententiarum pondere effecit
ratus, si in his, ut cæteri, abdormisce-
ret, aut cōniueret, fidem haud dubiè se
proditurum. Cæterum quod his alijs
que in Epistolis Gregorius, vt ab *Oe-
cumenici usurpatione nominis Ioan-*
*nem abduceret nec se, nec Antecesso-
res Rom. Pontifices illud vñquā usur-
passe testetur (quod mirum in modum
huius temporis Nouatoribus arridet)*
*pluribus Author demonstrat Gregoriū,
ac ceteros, licet nomen abnuerint, rem
tamen ipsam, hoc est totius Primum
Ecclesia perpetuò usurpasse, ac reti-
nuisse.**

Greg. Hoc eodē anno factum est, vt schif-

ep. 49. matici Istriæ Episcopi Romanam veniē-

*l. 4. di à Gregorio veniam petierint, ac
imperauerint.*

Subinde Maximus, qui Salonitanam
Ecclesiam Simoniacē inuaserat, Gre-
gorio incōsulto, eāque ob causam ex-

E 3 com-

102 Epit. Annal. Eccles.

communicatus ab eo fuerat , Augusti
opé aduersus illum implorauit ; à quo
tyrānicē male parta illi dignitas asserta
est. ea super re Gregorius datis ad Au-
gustā literis, grauiter expostulauit , di-
uinū Iudiciū contestatus. Itaque Maxi-
mus Rauennam deinum pergere coa-
ctus est , coram eius Vrbis Episcopo
Mariniano, qui Ioanni successerat , à
Gregorio causæ Cognitore electo ,
causam dicturus .

Grego. Ad hæc Sanctus Pontifex Galliæ
follici. Episcopos, ipsumque Regem Childe-
tudo. bertum, ac Brunichildē Matrem, quod
eo in Regno in sacros Canones vulgo
peccari audisset , ad illorum custodi-
am sedulo hortatus est.

Ad Leandrum quoque Hispalésem
hoc eodem tempore scripsisse cōstat ,
mississeque ad eum non Moralium tan-
tum Commentariorum libros eidem ,
vt diximus, inscriptos , sed & alium ,
quem Regulæ Pastoralis appellat .

Porrò cum Anglorum ad Christi
Greg. fidem conuersionem maximè optaret ,
chari- captiuos ea ex Gente apud Galliam
tas. Adolescētes coēmēdos studuit, quos ,
non glebæ, ex more, addiceret, sed in
monasterio alendos , ac instituendos
curaret .

Pseu- Apud Gallias interim Bituricensis
dopro- quidam Pseudopropheta præstigijs
pheta populum ità dementauerat , vt innu-
in Gal. mera illum multitudo, quasi cælo lap-
sum ,

sum , suppliciter adoraret , errantemque , ac vagum longè , lateque prosequeretur . cæterum cum imbelles se-
ctatores arma capere imperasset , cæsus ipse est , ac tum demum præstigia detectæ ; Muliercula in primis , quam secum Impostor ducebatur , eius turpitudinem , ac dolos demonstrante .

Idem c. Evidem huiusmodi imposturæ Ar-
chitectus Diabolus Dei gloriam æmu-
latus videtur , quam hoc potissimum
anno consequutus est ex Sancto suo ,
qui , & matre Pelagia sancta foemina
vñus administra , ad sublime sanctitatis
culmen euectus est : fuit hic Aredius S. Are-
Lemouicensis cuius res gestas Grego- dius Le-
rius Turonensis breui cōpendio pro- moui-
sequitur est .

Chri. At Ioannes Byzantij Antistes , quem , Ioannis
Ann. tanto ambitu Ecclesiæ Primatum quæ obitus ,
596. sisse diximus , hoc demum anno Mauri. & laus
Nice- tij Principatus XI. vitæ finem inuenit .
ph. l. hunc quem admodum animi elatio de-
18. c. honestauit , ita vitæ frugalitas , ac effusa
34. in pauperes munificentia commenda-
runt adeò , vt ligneo eius lectulo , ex
pauperrima supellecili , post illius obi-
tum , inuenta , Augustus ipse , pietatis
causa vñus fuerit .

Grego. Ioanni datus est Successor Ciriacus . Ciriacus
ep. 4. qui Episcopalem statim Sedē ade- cus By-
& seqq ptus , Legatos ad Gregorium cum re- zantij
l. 6. Etæ fidei professione misit . Anti-

Ep. 13 Hoc tempore Longobardi Italia stes.

Infœ- maxima ex parte potiebantur, vt præ- 34.
l ix Ita ter Vrbem, ac Rauennā, vix reliqua in l. 5.
lia s̄ta- ea esset Ciuitas, quæ Mauritio pare-
tus. ret. Eas Barbari populationibus ita in-
 festas habebant, vt illis auertendis, &
 captiuis, magna copia, redimendis,
 sacra subinde vasa essent distrahenda;
 quod non ipse tantum Gregorius, sed
 & alij, eius permissu, Episcopi facti-
 tarunt.

Grego. Innumeris, S. Pontifex, his alijsque
An- ex causis, confessus laboribus, æ um-
 glia cō nisque, ita animum non despondit, vt,
uersio- nouum quodammodo complexus Or-
 nē me- bem, Angliæ ad Christi fidem tradu-
dita- ctionem aggredi decreuerit. Augusti-
tur. num itaque sui Prefectum Monasterij,
 aliosque nonnullos gloriæ, ac labo-
 ris socios eam in Insulā destinat; Gal-
 liæ interim Episcopos, ac Reges ad
 suppetitas Operi ferendas etiam, atque
 etiam hortatus.

Moritur hoc eodem anno Childe-
 bertus Regni heredibus Theodorico,
 ac Theodoberto Filijs relictis, qui cū
 Aua Brunichilde Regnum aliquandiu
 administrarunt.

Augu- Augustinus porrò, ac Socij, post Chri-
stinus quam, in Galliam delati, ibidē aliquan- Ann.
in An- diu morati sunt, in Angliam demū per- 597.
gлиam uenient, atq. Edilbertū Regē adeunt. Grego.
Edil- excepti ab eo sunt perbenignè, per- ep. 597.
bertus missique Anglis Euangelium annuncia- l. 9.
Angl. re, cibarijs interim abudè subministra- Bed. l.
Rex. tis. 1.c. 21

tis. huiusmodi Regis benignitate nauis
Agricolæ benè vſi, ſacro Verbi ſemine
foeliciter iacto, vberimam inde meſ-
ſem retulere, quippe nondum anno Anglo
reuoluto, Angli ad decem ferè millia rū cō-
baptizati ſunt. *uerſio.*

Eodē anno, qui Recaredi Hispaniæ
Regis XII. numeratur, Synodus Toleti *Synod.*
cogitur Epifcoporum omnino XVI. Toleti.

Quo tēpore magnus ille Anachore-
ta Antiochus centenarius moritur, qui *Antio-*
haud ita pridem Legatione ad Mauri- *chus*
tium funclus, comæ, ac barbæ pro- *Ana-*
lixitate, ac candore, Byzantij Ciuiibus *chore-*
ſpectaculo fuerat. *ta.*

Chri. Sequēti anno Priscus Mauritij Dux *Prisci*
Ann. Barbaros ad Iſtrum clade maxima af- *Victo-*
598. fecit. *ria.*

Grego. Theodorus autem cognomento Si- *Theo-*
ep. 9. l. ceota ex Monacho Epifcopus, ex Epi- *dorus*
7. scopo iterum Monachus fit, vacatio- *siceo-*
Sur. 2. nem, quam à Metropolitano nequie- *ta.*

April. rat, ab Augusto consequitus, à quo
& Byzantium euocatus, miraculorum
editione mire inclaruit.

Per idem tempus Oscensis, in Hi- *Synod.*
spania, Synodus celebratur; ex qua *Oscensis*
duo non amplius, Canones supersunt.

Moritur hoc eodem anno (qui Re-
gni fuit tertius, ac trigesimus) Gunte-
rannus Rex Gallorum religiosissimus,

Chri. Regno ad Childeberti filios deuoluto.

Ann. Pax interim cū Longobardis, Gre-
599. gorio in primis adnitente, diu cupita,

106 Epit. Annal. Eccles.

haud diu duratura, ad biennium com- Grego.
ponitur.

ep. 41.

Sinai- Quo tempore Anastasius Sinaita l. 7. &
ta obi- Episcopus Antiochenus obiit, anno à 37. l. 8
tus. recepta iterum Sede VI. inter Eccle-
siasticos Scriptores ob egregia litera-
rum monumenta, atque inter Celi Ci-
ues, ob vitæ sanctitatem, iure nume-
ratus.

Successor huic datus est eiusdem
nominis Anastasius alter, qui rectæ sta-
tim fidei professionem, ex recepto du-
dum more, ad Gregorium misit; quod
ex redditis ab eo literis edocemur.

Synod. Barcinone interim Synodus cogitur Ep. 48
Barci- Gregorij, ut videtur, suasu, qui Cyria- l. 7. Ro.
nonen- cum Abbatem in Galliam, indeque in edit.
sis. Hispaniam miserat, Reges pariter, atq.
Episcopos ad sac. Canonum custo-
diam hortaturum.

Postremus demum huius saeculi an- Chri.
nus funestus admodum Italiæ voluitur; Ann.
quippe Auares simul, ac Sclauini, Ro- 600.
mano Imperio ferales Barbari, hoc p. Dia.
tempore Illyricū transgressi, Istriam, ac l. 4. c.
Forū Iulij peruadūt cædibus omnia, ac 14.
rapinis miscet. Res tum accidit memo-

Romil randa. Romilda Agilulfi Lögobardoru
da pœ- Ducas Vxor, Viro ab eisdem Barbaris
na. imperfecto Gagani (quem & Gaianum
appellatum diximus) amore capta, eo
Gaga effrenis Mulier, ut potiretur, infames
nifaci- nuptias Patriæ, ac Ciuium proditione
nus. est pacta. Vrbe tum potitus Barbarus,

Mu-

Mulierē ita est detestatus, vt, palo per pudenda adacto, eam inseri, tollique in sublime iusserit, ostētui Ciubus, quos prodiderat, præfatus, huiusmodi eam Coniuge dignam esse.

At quem Mater pudorem ita; vt di- *Filia-*
ximus, pessundedit, Filiæ, astu miro, illi. *rū Ro-*
batum seruarunt. vim quippè Hostium *mild&*
veritæ, crudas pullorum carnes sub *faci-*
mamillis cōdunt, quæ inibi, ex calore, *nus.*
putrescentes, foēdum odorem haud
dubiè ederent. ergò Barbari, vt quis-
que impudicas, in eas, injicit manus,
odore illo tetro grauiter percussi, ab-
scedunt; foēminis quoque eius Vrbis
reliquis, non sine execratione; præte-
ritis, insitum id cunctis vitium arbī-
trati.

Nice- Gaianus post hæc Pānoniam inua-
pb.l.18 dit, Byzantium petiturus; à quo illum
c.28. consilio vt reuocaret Mauritus, Lega- *Mauri-*
tos de Pace ad eum misit, quę tum fa- *tij au-*
cili negocio composita fuisset, si, quod *ritia.*
Barbarus optabat, captiuos Mauritus,
vno quemque nummo, redimere, per
summam impietatem, ac dedecus, nō
abnuisset. Augusti etenim auaritiam *Gaini*
detestatus, non pacis modo conditio- *Sauin-*
nes alias reiecit, sed captiuos omnes,
furore percitus, interemit. *tia.*

Chri. Sexto post Christum natum Sæculo
Ann. reuoluto, septimus inchoatur, quo té-
601. pore Gregorius, consueto magis,
Grego. aduersa vtebatur valetudine, cū tamen

108 Epit. Annal. Eccles.

haud seius pastoralis curæ, ac vigilan- ep. 21
tiæ nihil remitteret. argumento est Sy- & 38
Synod. nodus, quam, ut Monachorum in pri- l. 9.
Roma. mis quieti in futurum quoque consuleret, ex adjacentibus Vrbi Episcopis,
ac Rom. Ecclesiæ Diaconis Cardina- libus coëgit. Galliæ quoque Reges, ep. 41
atque Episcopos, quod sæpè antea, & seq
officij admonet, illud præcipue incul- l. 9.
cans, ne, quod prauo receptum vnu videbatur, in sacrorum collatione mu- nerū, atque Ordinum, simoniacè pre- cium persolueretur; qua etiā ex causa ad Synodus ea de re cogendam hor- tatur.

Augustinus interim, qui Angliæ A- B. d. 1
postolus iure appellatus est, cum iam 1. c. 11
Episcopus consecratus apud Galliam
fuisse, ex socijs duos Laurentium,
ac Petrum remeare ad Gregorium
iubet, ab eoque alias in opus Admini-
stros impetrare. his igitur S. Pontifex
benigne exceptis, nouo veluti delectu
habito, auxiliares Augustino copias
transmittit in Angliam. horum præci-
pui, ac tanquam Primipilares Duces

*Suppe-
ria in
Angli-
am.* fuere Mellitus, Iustus, Paulinus, ac Ruf. Ep. 43
*Melli-
tus, ac
Socij.* finianus, quos itidem commendatitijs & seqq
ad Gallos Reges, atque Episcopos li. l. 9.
teris Gregorius munit. scripsit quoque
ad Regem ipsum Anglorum Edilber-
tum, qui Christianis iam sacris fuerat
initiatus. tum ad illius Coniugem Al-
dibergam, quæ ex Regia Gallorum
stirpe,

stirpe, Christianā, cum lacte, Fidem, ac *Tēpla*
mores hauserat. porrò quod in suis ad *Idolo-*
Regem literis Gregorius illum ad di- rū san.
ruenda Idolorū Templa hortatus fue- cificā-
rat, rē melius perpenfa, Mellitum, dum da, nō

Ep. 71 in itinere adhuc esset, literis ad eū da *dirnē-*
l. 9. tis admonuit, satius esse, in christianū da .
ea cultū, vsumq. verti, ac sanctificari;
proindē, ubi primum ad Augustinum
peruenisset, ei quoque, vt ex mutato
in melius consilio, id præstaret; author
esset.

Hoc item anno Gregorius Synodū *Synod.*
Romæ ex Rom. Præsbyteris, ac Dia- *Rome.*
conibus, tum ex Episcopis, qui in Vr-
be essent, non aliam cogit ob causam,
quam, ut Andreas quidam Græcus ho-
mo, qui apud S. Pauli Basilicam inter
Monachos degens, Impostor detectus
esset, ex Synodi sententia damnaretur.
Probo autem Abbatи de bonis, quæ,
ante suscepturn Monasticum habitum,
habuisset, testandi licentia concedere-
tur. tanti fuit Gregorio aut Monacho
pœnam irrogare, aut testamenti fa-
ctionem indulgere.

Aim. Hoc eodem anno ciuile inter Fran- *Cinile*
l. 3. c. cos Reges bellum conflatum est, Clo- *Frāso*
87. tario Chilperici Filio, hærede autem *rū bel-*
Gunterāni Patrui, arma aduersus Theo- *lum.*
dobertum, ac Theodoricum Childe-
berti patruelis filios inferēte, à quibus
victoria demum stetit.

Exacto induciarum tempore, bel-
lum

110 Epit. Annal. Eccles.

Bellū lūm iterum inter Longobardos, ac Chri.
cū Lö. Romanos exardescit. Arnulfus, quem Ann.
gobar- Ariulfum alij dicunt, Gentis Dux, qui 602.
dis. Spoleti imperitabat, Romanos ad Ca- P.Dia.
merinum vincit, nec ita multo post 1.4.c.5
moritur.

Ex reuiuscētis Belli metu, aduersaq. ep. 54.
valetudine, curis, vt cū maximē, con- l.x. &
fectus Gregorius, Tergestini Episcopi 40 l.xi
Schismatīci, aliorumq. etiā ex Oriēte
Hæreticorū, catholicæ cōmunioni, re-
stitutione, curarū pondere haud parū
releuatur. rursum autem Clementij Bi- Ep. 33
zacenæ, apud Africam, Prouinciae Pri- & 35.
matis, aliorumque Antifitum ad se de- l. x.
latis criminibus, deijsit, quorum co-
gnitionem, belli Classico ipsius auribus
abstrepente, alijs Episcopis delegauit.

Quod ad Orientis rerum statum
spectat; Mauritij Milites, qui ad Istrū
excubabant, hyemare ibidem iussi,
cum id ferrent ægerrimē, tumultu

Pho- excitato, Phocam Centurionem au-
cas dacissimum, sublatum clypeis, Augu-
Imp. stum appellant. Is Byzantium statim
Mau- delatus, Mauritiū, cum Filijs tum qua-
ritij ac tuor, trucidat. illum in suorum, quam
Filiou- inspexit, carnificina, hanc vocē iden-
tū ca- tidem usurpasse tradunt; Iustus es Do-
des. mine, & rectum iudicium tuum. non

Eius alias sanè Augustus, aut maiorem cla-
pietas. dem, aut fortius tulit. ferunt Nutricē
Filium natu minimum subtraxisse, pro-
que eo suum Tyranno obtulisse; at

Mau-

Cæf. Baron. Lib. VIII. III

Mauritiū, re cognita, suum prodiisse.
Imperavit annos paulo amplius XV.
nulla re magis, quam forti, ac pio vitæ
exitu memorandus.

Nice- At Phocas Imperio statim potitus,
ph. l. Leontiam Coniugē Augustam appell-
18. c. lauit, catholicæ quoque fidei confes-
41. sionem, Ciriaco Episcopo exigente,
protulit. cæterū hāud quaquam Mau- *Phoca-*
ritij, ac Filiorum cæde exsatiatus, Pe- *Sæui-*
trum indè illius Fratrem, Gregoriū ex *tia.*
Sorore Nepotem: Comentiolū, stren-
uum bello Ducem, interemit. Philip-
picum Sororis Virum, Sacerdotio
initiatum, permisit viuere. Theodosiū,
qui, Augustus à Patre, vt diximus, ap-
pellatus, missus ad Cosroen fuerat, Ni-
cæz interceptū, capite & ipsum mul-
ctauit; quod tamen non nisi sequentī
anno gestum est. quamquam & diu
creditum pro Theodosio alium, ipso
nequaquam inuento, imperfectum; ex
quo crebriores subindè in Tirannum
molitiones ortum habuere. illud verò
haudquaquam est prætereundum, quo
die Mauritij, ac filiorum Byzantij cæ-
des patrata est; fuisse eam Alexandriæ
à Dæmonibus, per æneas quasdam sta-
tuas, enunciatam.

Chri. Rerum, quæ Byzantij patratæ fue-
Ann. rant, nuncio Romam perlato, rece-
603. ptisque noui Augusti, ac Coniugis
simulacris, fausta illis omnia, ex more,
Romani Ciues precati sunt; post quæ
Gre-

112 Epit. Annal. Eccles.

Gregorius, nouo Apocrisario Byzan- Ep. 38
tium misso , Augusto ipsi, ac Coniugi & 46.
Imperium gratulatus est . At Phocas l. 11.
parto statim firmando Imperio, Lega-
tos de pace ad Costroē mittit. Is Mau-
ritij beneficiorum memor, Tyrannum
detestatus, & pacem renuit, & bellum,
quod æquè funestum Rom. Imperio
fuit, ac diuturnum, indixit. quo de sæ-
pius deinceps meminisse oportebit.

Hoc eodem anno Legatos Grego- Aim.
rius excepit à Theodorico Francorum l. 4.c.1
Theo- Rege, ac illius Aua Brunichilde , pri- Grego.
dori- cuilegia excitatis à se Templis, Mona- ep. 8.l.
cus frā sterijs, ac Xenodochijs expetentibus. 11.
Rex. Pacem quoque , conciliatore ipso
Pontifice, cum nouo Augusto firmare
cupientibus .

Quando Sèculi huius anno ineunte, Chri.
Pax iterum cum Agilulfo Longobar- Ann.
dorum Rege componitur . quo tem- 604.
pore Rex idē mascula est auctus pro-
le, quam Theodolinda Mater, pia mu-
lier, in catholica fide baptizandū, atque
educandum curavit, qua dè re ad Gre-
gorium perscripsit, à quo non officio-
sum modo responsum, sed munuscula
quoque grata, recens nato filiolo, edi-
taque anteà filiæ crepundia, impetra-
uit .

Concesserat Augustino Angliæ Epi-
nes ad scopo Gregorius facultatem indul-
matri- gendi , siue, vt loquimur, dispensandi
monia nouis ibidem Christianis matrimonia
con-

contrahentibus, si quarto, aut summū, tertio, non tamen arctiori gradu sanguine, aut affinitate iuncti essent. id vulgatum cum fuisset, quod hactenus intra seprimum gradum matrimonia contrahi nefas esset, Episcoporum ad Gregorium cōsultationes, ea super re, delatæ sunt, ad quas ipse respōdit, nolle se sancta à Patribus abrogare. porro quæ Anglis ad fidem recens tradūctis indulta essent, trahenda in exemplum non esse.

Io: Di- His dissentus curis Gregorius, le- S. Gre-
ac. in thali correptus morbo, quarto Idus gorij
vit. l. 4 Martias alienissimo sanè tempore extin- obitus.
c. 8. guitar anno ab inito Pontificatu XIV.

P. Dia. Hoc loco Author, ante quam ad Gre-
l. 8. c. gorij successorem accedat, quadam de

68. illius lucubrationibus, & corporis ha-
Isidor. bitu, atque oris recenset. tum, quod pol- Fabu-
de Vir. licitus alibi fuerat, prolixiorem insi- la de.
Illus. tuit disputationem de vulgato, ac de- Traia
c. 27. fenso ab aliquibus commento, quo Tra- ni anima.
iani anima Gregorij precibus ab infe-
ris dicitur renovata. quam fabulam
ita refellit, ut nullus deinceps dubi-
tandi locus relictus videatur. elegan-
tissimam disquisitionem compendio re-
ferre incongruum duximus. itaque
eam Lector tute consule.

Anast. Quinque, eoque amplius elapsis mē- Sabi-
Bibl. sibus à Gregorij obitu ipsis Kal. Sep. nanus
Sabinianus elititur, qui olim Gregorij PP.
Apocrifarius apud Mauritium fuerat.

Obijt

114 Epit. Annal. Eccles.

Obljt sub idem tempus , apud An- Bed. 1.
gлиam Augustinus, successore sibi antea 2. c. 3.
Laurentio designato, cū, haud ita pri-
dem , Mellitus quoque , ac Rusticus
Episcopi fuissent consecrati .

At Phocas , pacts cum Gaimo in- P. Diu.
ducijs, vires in Orientem vertit ; nec l. 17.
tantum Corsoen Rom. Imperij fines
inuidentem , sed Narsetem quoque ,
qui, Edessa potitus, rebellauerat, pro-
pulsare opus habuit , quod tum mi-
nus fœliciter præstisit , qua ex causa
Leontium Ducem , ob rem male ge-
stam, ignominia notatum , gradu mo-
uit .

Steri- Sequens annus , ex transactæ hye- Chri.
litas mis rigore insueto , qui vites, ac sege- Ann.
maxi- tes passim ambusfit, sterilitatem passus 605.
ma. est maximam, ex qua annonæ caritas ,
ac dira famæ orta est, quæ Orbem fe-
rè vniuersum mirum in modum affli-
ctauit .

Patri- Seuero post hęc Aquileiensi Patriar-
archa cha vita functo, Schismate ea in regio-
Aqui- ne adhuc vigente, duo exindē Patriar-
lēsis & chæ extitere, Aquileiensis, ac Graden-
Gradē sis . Erat Gradus exigua Insula , ab A-
sis. quileiensi littore haud longè diffita, in
quam , Barbaris olim ingruentibus ,
eius Vrbis Antistes confugerat, trāsla-
tisque illuc eius Ecclesiæ thesauris, se-
dem ibidem, veluti in suburbana villa,
collocauerat . Ea, vt olim Humni, ac
Gothi , ita postmodum Longobardi
haud

Ch
Anr
605

haud quamquam potiri valuerūt. itaque
hoc tempore Aquileia Barbarorū sub
Ditione cum esset, Gradus Rauennæ
Exarcho parebat. quo factum est, vt
Seueri obitu, Agilulfus per Schismati-
cos Episcopos, Ioannem; Romanus
Exarchus, Catholicis Episcopis suffra-
gantibus, Candidianum eligerent por-
rò Hic, quique illi deinceps subrogati
sunt, Gradenses. Ille, ac Successores,
Aquileienses, siue etiam Foroiulienses,
quod eam Provinciam non rarò inco-
lerent, appellati sunt. quæ necessariò
fuerunt explicāda, nè rei ignoratione,
quod multis. contigit, Lector veluti in
tenebris coecutiret.

Moritur inter hæc Sabinianus, Pon- *Sabianus*
tificatus sexto nondum mense exacto.

Quod ad res spectat Orientales, *obitus*:
Phoca, non tam de Persarum armis,
quam de Narfetis proditione sollici-
tus; impunè illos debacchari sinens,
Hunc totis viribus adorit. cæterum
aperto illum Marte vincere cum ne-
quiret, dolis aggreditur. itaque sub sa-
cramenti, semel, atque iterum interpo-
siti, religione, oblata homini venia, hac *Phocæ*
simulatione in potestatem receptum, *perfi-*
per summam perfidiam viuum igni *dia-*
tradidit.

Chri. Anno ferè integro à Sabiniani obi-
Ann. tu exacto; Bonifacius, qui & ipse Apo- *Bonif.*
605. crifarij munere funetus apud Phocam *Rom.*
fuerat, Rom. Pontifex renunciantur. *Pont.*

Ac-

116 Epit. Annal. Eccles.

Accidit hoc ipso tempore, ut Constantina Mauritij Vxor, Filiæque eius tres, quæ hactenus Tyranni manus effugerant (Germano Patricio, qui Imperio inhiabat, id agente, quo Populi tumultus excitaretur) maximum in Templum confugerent. eas indè extrahere Tyrannus cum vellet, Ciriacus Patriarcha acerrimè restitit. quamquam verò ille vim metuens adhibere, ac proindè ex more, dolos respiciens mulieres, ut libuit, in sua habuit potestate, sub iurisiurā. i religione sponte in monasterium migrare adactas;

Rom. ira haud secius in Ciriacum exarsit,
Pont. quodque tū valuit, Oecumenici usurpatione nominis illi interdixit alium
Prima tuis. à Romano Pontifice, appellari hoc nomine in posterum haud quaquam sinens. Hic plausus excitant Nouatores, quasi tum primum Romana Sedes Primum adepta sit, & Tyranno quidem nefario indulgente. *Hos pueriliter, exultantes, hoc loco, ut alibi, egregiè Author castigat;* quos alij quoque ante illum, in primis autem Remundus Rufus Gallus Author in luculentissimo de Rom. Ecclesia Primatu aduersus Molineum Commentario coarguerat.

Ciriacus porrò ea ex Phocæ sententia, animo mirum in modum deiectus, haud ita multo post, moerore cōfectus, obiit, successorem nactus Thomam

mam Diaconum, qui Magni Templi
fuerat Sacellarius.

Anast. Subinde Bonifacius Synodo-
porum amplius LXX. apud Vaticanum Roma.
coacta, decreto iterum sanxit, ne
viuente adhuc Pontifice, de Succes-
fatore ageretur; quo nefariæ dein-
ceps molitiones sublatæ sunt, Synodi
huius, ut reliqua huius Pontificis acta
perisse dolendum est. quamquam non
multa in perbreui Pontificatu statuis-
se par est credere; quippè, nouem Bonif.
607. nondum mensibus exactis, obiit; cui III. o-
eiusdem nominis Quartus decem se- bitus.
re post menses, subrogatur. Bonif.

Diuturniora per hæc tempora, pon IV. suc-
tifica cur essent interregna, nosce- cedit.
re si quis cupiat, id ab Augustorum
ex oriente consensu expectando ac-
cidisse sciat.

At nouus Pontifex propensiorem
in se, ac Rom. Ecclesiam Augustum
nactus (quod nemo Antecessorū ten-
tare est ausus) Pâtheon Agrippæ opus,
quod adhuc miraculo est celeberti-
mum Romæ Delubrum Vindici Ioui, Pâtheon
Divisque reliquis olim dicatū, solemni on Deiu-
ritu Deiparæ Virgini, ac Sanctis Mar- para
tyribus consecravit. conse-
ratū.

P. Dia. Hæc inter Byzantij nouæ à Tyran-
l. 17. no Tragoediæ exhibentur. Theodo-
sium Mauritij Filium quem in Persidē
proficiscentem Nicææ diximus inter-
ceptum, adhuc viuere mendax fama
vul-

vulgauerat. Ea grauiter commotus Phocas, Iuuenis Matrem, ac Sorores, quas in Monasterio tutò futuras, iure-
Phoca iurando fuerat pollicitus, extractas
Sæui- indè, eodem, quo Mauritium, loco mi-
tia. sere iugulauit, vt infœlices Fœminæ, ad cladis cumulum, demortuum Fili-
 um, ac Fratrem coactæ sint agnosce-
 re parricidam. ad hæc nobiliores quo-
 que suspectos habens, ex his complu-
 res morte mulctauit, innumeros diu-
 turnioris pedore carceris extinxit. cō-
 stat sanè horum condicionem miser-
 tam Matronam nobilem hoc tempore
 ædes suas Constantiniano carceri am-
 plificando, qui nullum hactenus incre-
 mentum acceperat, concessisse.

Persa- Persæ interim inferiorem, ac supe- Chri.
rū Vi- riorem Syriam nullo obſtente popu- Ann.
ctoria. lati sunt. Quo tempore Augustus ad- 608.
 uersa tentatus valetudine, sanctum Vi- Cedi.
 rum Theodorum Siceotam accersiri
 iuſſit, à quo, & morbo solutus, & à
 sæuiendi libidine deterritus est.

Verum homo sæuus ad ingenium
 statim redijt; ſequenti quippe anno
 nobilium Virorum Carnificina instau-
 rata eſt, ità, vt Crispus Auguſti Ge-
 ner, & ipſe in diſcrimen nuper addu-
 cetus, in Soceri caput coniurare coa-
 ētus ſit, cuius tamen molitiones non

Persa- niſi poſt biennium in lucem prodiere.

rū Vi- At dum Phocas domesticis inten-
ctoria. tus cædibus, Reip. curam negligit,
 Persæ,

Cæf. Baron. Lib. VIII. 119

Persæ, post Syriam superiorianno im-
punè direptam, Chalcedonem vsque
progressi, Armenia, Cappadocia, Ga-
latia, ac Paphlagonia potiuntur.

Exinde, Thoma Byzantij Antistite
vita functo, Sergius sublegitur. Hic ex *Sergi-*
optimo, qui tum erat, pessimus postea *us Au-*
factus est, Author, & Dux Monotelita- *dormo*
rum, de quo deinceps dicendum erit. *noteli-*

Moritur hoc eodem anno Eulogius *tarū*.
Patriarcha Alexandrinus, ad quē per-
multæ Magni Gregorij extant Epi-
stolæ, quo cum, ex morum similitudi-
ne, arctissimo amicitię vinculo iunctus
fuerat. huius præclara etiam fuisse lite-
rarum monumenta, quæ non extant,
ex Photij in primis Bibliotheca edo-
cemur. hunc Theodorus sequitur bien-
nio, non amplius, superstes.

Chri.
Ann.
608. Cedi.
Chri.
Ann.
609. Nice-
ph. l. 8.
644. Cades

Iudæi Antrochiæ, qui magno ibidē
erant numero, Anastasio Patriarchæ
infensi redditii, illum, facto in ædes im-
petu, trucidant: cadauer, pudendis, per *Iudeon*
summam ignominiam exsectis orique *rū sedi*
insertis, in Forum trahunt: ad hæc Ci-
tio.
uum cōplures, aut extra domos iugu-
lant, aut cùm domibus incēdunt. Re ad
Phocā delata, eius iussu Bonosus Oriē-
tis nuper Comes delectus, qui in Per-
fas cum copijs properabat, in sedi-
tiosos mittitur, à quo abundè poenæ
de noxijs sumuntur.

Nec lætiiores interim Byzantij res *Ciniū*
erant, cum etenim Augustus circenses *Byzāt.*
spe-

120 Epit. Annal. Eccles.

spectaret ludos conuicijs appetitus ;
promiscuè fontes pariter, atque inson-
tes abruncari à militibus iubet . tum
alios per multos , insignes plerosque
Viros , qui eius in Hippodromo oc-
cidendi consilium inierant , supplicijs
afficit .

Hoc tempore Gallia Ciuli ardebat
bello: Italia sub Longobardorum gla-
dio gemebat: Africa, Heraclio Autho-
re, ac Duce, bellum aduersus Phocam
moliebatur. cæterum Annum à rerum
Ecclesiasticarum narratione vacuum
cogimur præterire .

Synod. At non perindè subsequentē, quo, Chri-
Roma. Mellito ex Anglia Romam reduce , Ann.
Itē Ton Synodus à Bonifacio de rebus Angli- 610.
leti. cis acta Romæ est . Toleti quoque Bed.
Güde- coacti Hispaniæ Episcopi sunt Gun. 2. 0.4
marus demaro Rege id expetente .

Hisp. Hic Vuiterico successerat, is autem
Rex. alteri Liubæ , quem Recaredus præ-
Io: Ele cesserat. Eodem anno Ioānes co-
emosi- gnomento Eleemosinarius Alexandri-
narius næ Ecclesiæ præfectus est. de quo plus Aph.
ra hic Author ex Leontio , qui res ab SW.
eo preclarè gestas scriptis mandauit. 23.1a
Quod ad politicum rerum statum per- Nic.
tinet memorabilis hic annus est Ph. l. 1
cæ Tyranni cæde , Heraclij ad Impe- c. 26.
riū euectione. Is classe ex Africa, vbi à
Hera- militibus Imperator fuerat appellatus,
clius Byzantium delatus , Tyranno , nauali
Imp. prelio, superato (cum iam animos, qui
illum

illum oderant, resumpsissent) nullo obſſente, omnium cum plausu rerū potibus est. Photinus tum quidam, cuius Vxor ſuprum paſſa à Tyranno fuerat, Regiam cum militib⁹ ingressus, Solio illum detractum, ac purpura exutum, ad Heraclium ducit; qui eum intuitus ſiccine, inquit Remp. admini- misera
ſtrasti? at ille, ferociam vtcumque re- Phoca
retinens, nec pristinæ omnino oblitus condi-
fortunæ; tuum, inquit, erit eam rectius
administrate. tū Heraclius iubet ma-
nus illi primò, tum pedes mox hume-
ros, dein' pudenda, caput demum am-
putari, reliquum milites cadauer in Fo-
ro exurunt, porrò Crispus Tyranni
Gener, qui Heraclium in adipiscendo
Imperio adiuuerat, Cappadociæ ab
eo Præſes est factus. cæterū cum oc-
cultæ in Augustum molitionis cōper-
tus effet, in ordinem redactus, atque in
Clericum attonitus, ſolum vertere
coactus est.

Theod

Bals.

in Cā.

13.

Basil.

ep. ad

Am-

phil

Chri.

Ann.

611.

Illud de Phoca haudquaquam ſilen- Phoca
dum eſt, optaffe illum, quo milites au- cupidō
daciōres redderet, lege per Sacerdo-
tes statui, vt qui in bello occubuiffent,
vti martyres colerentur. hos tamen
constantiores reperit, quam vt impio
Principi blandiri voluerint in re nefa-
ria ſtatuenda. Perſe interim victorijs
affueti; Cæſarea amplissimæ Cappado-
ciæ Vrbe poriuntur, predam indē in-
gentem, ac captiuorum numerum

pœnè innumerum abducunt.

Quo tempore Eudocia Heraclij
Vxor Filium peperit eiusdem cū Pa-
tre nominis, quem & Constantinum
appellarunt. porrò ipsa, haud ita mul-
to post, morbo deceffit.

At res hoc anno apud Occidentem
gestæ obscuræ omnino, scriptorum
inopia, remanserunt.

Rom. Vix dum Persæ victorijs exsatiati, Chri.
Impe- ac prædis, arma posuerant, cum Sarra- Ann.
rrij cla- ceni omnia flama, ac ferro vastarunt;
des. dum Hæraclius Epiphaniā filiam, præ- 612.
postero in eam studio, Augustam ap- The
pellatam, à Sergio Patriarcha coro- ph. i
nandam curabat. quod ipsum rectius Hera
cum filio recens nato mox præsticit. cl.
Rom. 10.
v.

Quo tempore Gallorū Rex Theo-
dorus Tyrannus per omnia referens,
corradendæ in primis pecuniæ inten-
B:Colū tus erat. itaque B. Columbanum, qui Ion. in
banus. tum clarus eo in Regno habebatur, vit. a
seueriorem scelerum obtrectatorem, pud. Bi
ac vindicem expertus, Regno pellit. dam.
at is tyrannidem, Regis morte, prope-
diem desitaram, Clotarium Gallia la-
tē potiturum, palam prædixit. cæterū
Columbani res præclarè gestas nosse
siquis cupiat, Ionam eius viæ scripto-
rem apud Bedam consulat.

Annum à consuetis excursionibus Chri.
Persæ destiterant, cū iterū, pristino ex Ann.
more, Syriam inuadunt, Damascū Re- 613.
giam Vrbē capiunt, ac foedè diripiūt.

At

At Heraclius quasi nondum satis prouocatus, alia omnia, quam iustum interim vltionem meditatur. qu'ppè hoc ipso tempore nouo sibi coniugio Martinam Neptem, incestis nuptijs, Hera-
copulauit, Sergio illas Patriarcha *cly in-*
christiano ritu consecrante, non mo- *cessa*
do, quod eius erat muneris, non ob- *nuptia*
sistente.

Hic idem annus est, quo Theodo- *B. Co-*
bertus Rex Gallorum à Theodorico *lubani*
Fratre victus, captusq. Clericatu tum *prædi-*
quidem initiari coactus, verum haud *gio.*
ita multò post, per summum nefas,
interemptus est. ferunt B. Columba-
num antequam postremùm cum Fra-
tre configeret', Theodobertum adi-
Ion. in uisse, eique, vt Clericus fieret, sua-
vit. fuisse. id cum ille, qui que cum eo
erant, risu excepissent, Sanctus Vir,
quod sponte nollet, inuitum factu-
rum prædixit.

Bed. l. Hoc pariter anno, qui Regni fuit
sextus, ac quinquagesimus, Rex An-
glorum Edilbertus moritur, Eadualdo *Edil-*
Filio degeneri hærede relicto, qui ad *berti*
Idololatiæ scelus, & Christianorum *obitus.*
vexationem illud addidit, vt Nouercæ
nuptijs pollueretur. auxit Christianæ
rei ea in Insula iacturam Sabareti quo-
que Orientalem Saxonum Regis obi-
tus, qui, Christianus cum esset, Filios
tres antiquæ cultores superstitionis re-
liquit. itaque Mellitus, & Iustus in-
saba-
retus.

124 Epit. Annal. Eccles.

Galliam secedere coacti sunt.

Cæterum Edilberti filio , quem di- Chri.
ximus , præter spem omnem Christi Ann.
fidem amplectente , collapsa Angli- 614.
cana Ecclesia , magno Dei beneficio ,
restituta est , cum iam Laurentius
quoque fugam in Galliam meditare-
tur . itaque , & qui iam abierant , Mellito , ac Iusto , post annum reuersis , Chri-
stiana apud Angliam fides maiora in
dies incrementa est consequuta .

Bonif. Obiit hoc anno Bonifacius Pont.
PP. obi cui mense ferè sexto Deus dedit sub-
legitur .

Deus- Exindè Theodoricus , veneno ab Aim.
dedit Auia Brunichilde propinato , seu quod l. 3. c.
succes- alij tradere videntur , fulmine iectus , in- 100.
dit. terijt . eius Regnum Brunichilde tum Sur. in
quidem adnitente , Sigebertus Filius
adeptus est ; de quo illud traditur me- vit. S.
memorable , cum Fridiburgæ Gunzonis Gall.
Ducis Filiae nuptias Regia esset pōpa 16. O.
celebraturus , illa , Templum ingressa ,
regali ibidem amictu deposito , San- tōbr.
ctimonalis habitum sumpfit Regem
obtestata , vt se voti compotem fieri
permitteret : ille , pro insita pietate ,
diuino eam Sponso , haud grauatè , ces-
sit . cæterum præclaræ indolis Adole- Aim.
scenti Theodorici Patris , Brunichildis l. 4. c.
Proauia scelera obsuerunt ; haud ete-
nim ita multò post à Clothario acie
victus , captusque , cum Fratribus alijs
quatuor , ipsaque pariter Proauia inte-
rimi-

Fridi-
burgæ
facin-
nus.

rimitur. hæc autem ut non vulgarium Brunia
 criminum, pœnas lueret non vulgares, chilis
 Victoris iussu, seditiosè etiam cunctis exitus
 exposcentibus, principio ignominiae horre-
 causa Camelio imposta, ad Populi lu-
 dus.
 dibrium circuicta, denique ab equis
 in diuersa incitatis fœdè discepta est:
 seu, quod alij tradunt, ferocientis equi
 caudæ crinibus subligata, calcibus ab
 eo ad lassitudinem appetita, tum per
 Vrbem tantiū raptata est, dum fatiscen-
 tibus paulatim membris, soloque hæ-
 rentibus, molesto equus pondere leua-
 tus est; Fœmina regnandi cupidissima, eius
 cuius opera, aut consilio, præter alias sceleræ
 innumeræ, decem Reges fuisse extin-
 etos fama erat. Ex Gallia Orientis lu-
 ctus nos reuocat, vbi Rex Cosroes
 Syriam iterū inuadens, post alias Pro-
 uinciæ Vrbes, Hierosolymam expu- *Hiero-*
gnat: Christianos captiuos magno nu- *solimæ*
mero (nonaginta amplius millia fuisse capta.
tradunt) Iudæis diuendit, à quibus non
seruiturem seruire, sed dira supplicia
subire miserabiliter coguntur. Zacha-
rias Vrbis Præsul cum Templi gaza in *Crux*
Persidem aductus, Crux ipsa sacro- *ablate*
sancta, veluti opimum spolium, abla-
ta est.

Leont. Eniuit hoc tempore Ioannis, quem
 in vit. diximus, Alexandrini Antistitis chari-
 apud tas, & effusa in omnes munificentia;
Sur. siue in profugis Hierosolyma, ac Pa-
 lestina vniuersa Ciuibus alendis, siue

126 Epit. Annal. Ecceles.

in captiuis redimendis. defleuit hu-
iusmodi Hierosolymitanum excidiū,

Anticu chus veluti alter Hieremias Antiochus Mo. ^{tom. 2.} nachus Palestinus. cuius opus sunt *bibl. sā*
Mona chus censem vnde triginta, quæ extant, *cōr.*
homiliæ.

Satis constat barbarum Regem ita *suid.*
fuisse reueritū salutis nostrę tropheum, *in He-*
vt nec ausus fuerint ab ipsa, qua clau- *raci.*
debatur, theca signaculum amouere. Adoin

Crucis illud porrò admirabilius; quemadmo- *Marty*
virtus dum etenim, qui eadem pependit in *rol. 14.*
Cruce, tum victor extitit, cum vi- *Sept.*
Etus morte obita, visus est, ita Crux
ipsa, cum à Victore est capta, Victorē
ipsum tum vicit, & Christianum Po-
pulum ab affiduis demum cladibus li-
beravit.

Siseb. Hoc tempore Sisebutus, qui quar- *Isidor.*
Hisp. tum iam annum in Hispania regnabat, *Chrō.*

Rex. Iudæorum sexaginta millia, quæ blan-
dis monitis, ac suadelis, quæ exilio, mi-
nisque alijs intētatis, ad Christi Fidem
traduxit. eundem in Iudæos zelum
Heraclium quoque postea habuisse
constat, qui & edictis illos ad perfidi-
am deponendam vbique compulit,
&c., idem vt prestaret, author Dago-
berto Clotharij Filio Galliæ Regi fuit.

Vatici hoc idcirco ab Heraclio præstitum
nū de quidam tradunt, quod in fato esse per-
circū- cepisset, fore, ut Romanum olim Im-
cisis. perium à Circumcisīs esset occupan-
dum. quod sanè vaticinium, quale-
cum-

cumque in Sarracenis postmodùm, ac
Turcis, & ipsis circumcisis, impletum
vidimus. cæterum suadendam potius
Infidelibus Religionem, quam impe-
randam, Patrum, ac sacrorum Cano-
num authoritate, ipsoque vſu comper-
tum habemus.

Chri.
Ann.
615. Altero à captis Hierosolymis anno,
Cosroes Ægyptum inuadit Lybiām
indè, Cartaginem vſque, populatur, in-
gentemque indè prædam, & captiuo-
rum numerum abducit ad Ægypti, ex
Persarum incursione, cladē, eam quo-
que additam hoc tempore tradūnt;
Nilus ex consueto haudquaquā exun. *Nilus*
dauit, ex quo mira annonæ caritas se. nō extitit
Leont. quuta est; quæ Ioannis Patriarchæ lar- dat.
in vit. gitatem magis magisque commenda- *annona*
uit. *idè ca-*

Nec satis visum est diuinæ in mor- *ritas.*
tales vltioni, vt tot cladibus Oriens
subiaceret. hoc quippè anno Occi-

Anast. dentalis quoque, quod reliquum Im- *Tyrā-*
in De- perij erat nutare coepit, Ioanne Nea- *ni in I*
usd. politanæ Vrbis in Italia Præfecto re- *talia.*
bellante, à quo Ioanni Exarcho illata
mors est, tyrannidis rudimentum. ad
hunc porrò debellandū missus ab He-
raclio Eleuterius nouus Exarchus post
vltum, Tyranni morte, Antecessorem,
in Tyrannum ipse erupit, quod tamen
non nisi post quadriennium factū est.

Infaustus pariter hic annus Italæ
fuit ob vehementes, quibus concussa

128 Epit. Annal. Eccles.

est, terremotus, sequutaque indè ele- Mar-
Deusd. phantia vulgarem luem. tum verò ac- lyrol. 8
Papa cedit, vt S. Pontifex Deusdedit, dum Non.
mira- huiusmodi morbo laborantes inuisit,
culum ex his vnum, in quo Christum agno-
uit, deosculatus, diuino miraculo,
morbo liberum statim reddidit.

Clotharius interim cotius feræ Gal-
liæ Imperio potitus, sanctiores quo-
que Regni Viros Episcopos in primis, sur. in
impense coluit atque in consilia adhi- vit. S.
buit; de quo illud traditur scitu per u- Lup. 1
cundum, cum campanæ sono, quæ in Sept.
D. Stephani réplo apud Senones erat,
fuisse delectatus, Parisios eā transferri
iussisse; id cum ægrè ferret Sanctus Se-
nonensis Episcopus Lopus, Campa-
nam pristinum sonore amisisse. quod
cum Rex animaduertisset, eam, vndè
ablata fuerat referri, imperasse. mira-
res: ubi primum ad Pontem Senoni-
cum est ventum. pristinus ei sonus est
redditus, qui à septimo usque millario
Capa- auditus in Vrbe est. ex quo constat
na u- campanæ in Templis usum, quemad-
sus. modum non, ut hodiè, frequentissimū,
ita alicubi iam tum fuisse.

Hoc item anno mirificus ille Dei
S. Co- cultor Columbanus Regum scelesto- Ion. in
lübani rum terror, ac vindex, moritur IX. vit.
mors. Kal. Decembris, quo die annua eius
memoria ab Ecclesia recolitur. Chri.

Exindè moritur Rex Longobardo- Ann.
rū Agilulfus ubi annos regnasset XXV. 616.
Ada-

P. Dia. Adalualdo filio sub Theodolindę Ma-
l. 4 c. tristutela relicto.

S. de. At Persæ, Carthaginem superiori Car-
gest. anno fruſtra tentatam, iterum adorti, *ibago*
long. vi capiunt, captamque diripiunt Hera- à persis-
clio interim obdormifcente, & filijs *capta*.
tantum prouehendis intento; nam &
Maiorem natu hoc anno Consulem,
& Minorem, ex Martina genitum, Cæ-
farem appellat.

Porrò quod Zacharia, ut diximus,
in Persidem abducto, Hierosolyma Pa-
store effet destituta; Modesto Mona-
sterij cuiusdam Præfecto ea admini-
stratio demandata est. Is non quæ ad
animarum tantum curam pectare vi-
debantur, strenue peregit, sed, alter ve-
luti Zerobabel, instaurandis quoque
Vrbis Templis Persarum irruptione
incensis, aut diutis operam impedit,
ut mirum vñsum sit rem tantam a Mo-
nacho animo concipi, ne dum opere
impleri potuisse.

Chri. Post hæc tertia Pontificatus anno Deusd.
Ann. moritur Deusdedit, ob vitæ sanctitatem Pape.
617. tem inter cæli Ciues Ecclesiæ con- mors.
sensu, adscriptus, cuius rerum gestarū
memoriam scriptorum inopia interci-
disse, iurè dolemus. Huic post sexqui-
mensem succellor datur Bonifacius *Bonif.*
hoc nomine quintus. *V.*

Quo tempore Eleuterius, quem di- *Eleut.*
ximus, Italiæ Exarchus, tyrannide ar- *Tyra-*
repta Regioq. nomine assumpto, Ro- *nus.*

F 5 mam.

130 Epit. Annal. Eccles.

mam dum pergit, à militibus interfici-
tur, caput Byzantium ad Heraclium
mittitur.

Synod. Cogitur hoc anno Matiscone Sy- *Ion. in*
Mati- nodus ad Eustasij causam disceptan- *Eust.*
cone. dam, qui B. Columbano in Luxouien- *apud*
sis Monasterij administratione suble- *Bed.*
ctus fuerat, in quem, liuore quidam du-
eti, multa se se obiecturos polliceban-
Calü- tur; quamquam, non tam Hominem,
nia in quam vitæ institutum à Columbano
Mona- traditum impugnabatur; vitio etenim
chos. illi dabant comæ, præter aliorum mo-
rem, præcisionem: Crucis signi cre-
briorem usurpationem: orationum, ac
Collectarum, in Missis celebrandis,
multiplicationem, & huiusmodi alia,
quæ, ut tum quidem non improbata,
ita postea vsu ferè ubique inter Mo-
nachos recepta, Ecclesiæ assensu pro-
bata sunt, quicquid oblatrent nostra-
tes etiam Nouatores.

Exinde nouā Augustus ad Cosroē *P. Dia.*
Legationem instituit, antiqua in ipsum *l. 18.*
collata beneficia in memoriam reuo-
cans, cum, Regno profugus, Mauritij
Benignitate, magnaque impensa est re-
stitutus, aliaque his persimilia addens,
quæ naturæ legibus parentem hominē
mouere ad concordiā potuissent. cæ-
terum apud elatū victorijs Barbarum
Cosrois habere locum ratio nulla tum poterat.
arogā- ferunt inter iniquas Pacis conditiones
tia. eam primam præscripsisse, vt Hera-
clius,

Cæs. Baron. Lib. VIII. 131

*Ion. in
Eust.
apud
Bed.*
Chri. clius, cunctique Rom. Imperio subditi mortales, Christi fidem desereret, Persarum susciperent Religionem; quo haud dubie Rex impius diuinam in se iram conciuit, non tantum Heraclij animum, ob Legatos contemptui habitos, dimissoisque, ac sacrilegam operationem, excitauit.

Ann. 618. Iam verò de Angliæ rerum statu certior Pontifex Bonifacius factus, *Bed. l. 2. c. 8.* gratulatus per literas Iusto, qui Roffensis erat Archiepiscopus, Palliū, eidem plenitudinis signum potestatis transmisit.

At Rex Auarum Gaianus, quo de sæpius iam meminimus, Heraclio sub Pacis nomine decepto, ipsa Vrbis Regiæ suburbana impunè est populatus.

Nouel. 2. l. 2. Edidit hoc ipso tempore Augustus *Sæcilio de Cle-* sanctionem Sergio Antistite exigente, ne quis, nisi in defuncti locum, Clericu fieret. hoc ideo sanctum constat, quod, crescente in dies illorum numero, ijs alendis Ecclesiæ redditus haud suppeterent.

Chri. Sisebuti Hisp. Regis anno IX. Hi- *Synod.*
Ann. 619. spalensis Synodus, quæ & Spalensis ap- *Hispæ-
pellata est, celebratur, in qua Eccle-
siad. 18.* siarum complurium controuersiæ per Sessiones singulas fuerunt compositæ. *Hispan-
ensis.*
Isidor. nec ita multò post Rex ipse Sisebutus *Sisebu-* moritur, pietate, ac munificentia exi- ti obi- *tus.*
Chrō. minus, bello quoque strenuus, cui Re- *Reca-* catus tenellus filius hæres extitit; *redus.*

quo pariter post sex, non amplius, mē-
 suin- ses sublato succedit Suint Ila. Hic, pul- Chri.
 gilla. sis qui Rom. Imperij nomine a iquo Ann.
 ea in prouincia adhuc Vrbes tenebat, 620.
 Hispania vniuersa portus est. sed hæc Cedr.
 ad sequentem annum spectant, quo
 Heraclius, inita cum Gaiano Pace, ad-
 uersus Cosroem exercitum conscri-
 bit, totusq. in Persica expeditione est,
 pecunia ab Ecclesijs mu- uo accepta,
 sacris insuper earū donarijs, vasisq. cō-
 flatis; neque id Byzantij tantū, sed per
 vniuersas Rom. Imperij ditiones factū,
 Quæstoribus ad hæc dimissis, constat.
 apud
 Surd.
 venit itaq. e Alexiadram Nicetas Pa-
 tricius V.C. pecuniæque vim non mo-
 dicam ea ab Ecclesia recipit Ioanne
 Antifite, vt non repugnante, ita, quod
 pauperum esse diceret, nequaquam
 ingens exibente. res tum accidit memorabi-
 mira- lis. allatæ ad Ioannem eo ipso tempo-
 culū. re mellis amphoræ aliquot, in eius
 ædes statim inuectæ, pro melle au-
 rum habere competiæ sunt. quo,
 Nicetas, cognito, non ablatam mo-
 do pecuniam reddidit, sed ex suo
 insuper auri libras C CC. elargitus est.
 cæterum cum, ad Heraclium profe-
 sturi ambo, apud Cyprum Insulam
 Io: Ele- excendissent (ex qua Ioannes ortum
 emosi- ducebat) is ad cælestem hinc Regem
 narij o vocatus, occubuit. Chri.
 bitus. Duodecimum Heraclius Principa- Ann.
 tus agebat annum, cum in Persas de- 621.
 mum

Misce. mun proficiscitur. sub discessum Ser- Persi-
& Ce- gium Patriarcham alloquutus, in Dei, ea ex-
dren. inquit, ac Deipara, tuisque manibus pedis
hanc Vrbem, ac Filii relinquo meum.

tum Christi sacrosanctā Imaginem nō
manu factam, qua de səpius memini-
mus, præferens dextra, militibus, sa-
cramento interposito, pollicetur, filio-
rum in posterum eos se loco habitu-
rum.

Erat Persarum Dux Saes instructis
cum copijs non longè à Chalcedone.
Is igitur spe pacis facta, Heraclium in
colloquium inuitat, Legatosque ad
Cosroem. ut mittat haud ægrè per-
suadet. at Rex Barbarus Legatis re- Cosrois
cepitis, eos in custodiam tradit: Soem perfi-
Ducem, quod Augustum alloquutus, dia, ac
illum non cepisset, ad seque vincitum fastus.
non transmisisset, detracta cute, sup-
plicio immani afficit; tantus fuit ho-
minis tumor, qui iam se non Christianos
tantum, sed ipsum Christianorum
Deum viciſſe gloriabatur.

Heraclius spe pacis omni abiecta, Hera-
Cappadociam, atq. Armeniam petat: elius
cumque illum. Cosroes ibidem Hye- prospe-
maturum crederet, deflectit in Perfi- ri. pu-
dem: hostiles copias, quæ ipsius vesti- gnat.
gia sectabatur, velitationibus ubique
fundit, fugatque: tum, exercitu ad hy-
berna in Armeniam dimisso, Byzantium
ipse reuertitur. nec alia cum Persis.
hoc anno ab eo gesta referuntur.

Tran-

S. Ana Transfugerat ad Romanos Anastasius sius Persa, hoc post Baptismum nomi- Sur. 22. Iā.
mari. ne appellatus, cum antea Magundat vocaretur. hic postea insigni Edessæ martyrio est coronatus; hoc verò tempore, non Christi tantum fidem, sed monasticum quoque institutum amplexus est.

Iam verò hyeme transacta, Armeniam Augustus repetit; dein' Persidem Ann. infesto milite inuadit. At Cosroes ille 622. non terræ tantum, vt sibi videbatur, sed Cæli quoque Victor, qui in Gacote erat Vrbe, cum armatorum milibus non minus XL. Heraclio aduentante, fugam turpissimam capessit in Medium. Vrbe itaque potitus Cæsar, in qua Cræsi thesauros fuisse memorant, hostem inseguutus, obuios quoque cædit, aut latè disjicit. ex his millia Cosroes tur- piter fugit. Hera- clius capti- uos di- stans, in hyberna iterum exercitum abducit.

Interim Cosroes resumptis vtcum- Chri. que animis, ac viribus, copias tria- Ann. riā diuidit, harum Ducibus, vt Ro. 623. manus circuallatos adoriantur, præcepit. horum duo, alio non expectato, ne cum eo certam, vt sibi pollicebantur, victoriam communicarent, ac pre- dam, cum Romanis configunt, ac tur-

turpiter vincuntur. præstò statim fuit iterū exercitus pars reliqua: ab ea, cum alijs atq. ite ex fuga retractis, prælium atrox instau- ratur, à quo Romani haud secius vi- cit. Etores recedunt, hostibus ad interne- cionem cæsis. nec plura hoc anno ab his gesta narantur.

Chri. Subit annus Persici belli quartus.
Ann. Romano militi superioribus laborio- Euph.
624. sior, quo, Euphrate superato, Sarum trāsite. inde Fluum transmisit. hīc dum quie- tem capere se posse putat, adesse Ho- stem, ac pontem subire sensit. tum He- raclius, vt in re trepida, suos ad præliū hortatus, primus ipse ponti, ab hosti- bus iam infesso, succedit, quo loco sin- gulari eum certamine excipit enormis Gygā- proceritatis Miles Persa: at verò He- raclius gygantæa hominis specie ita gulari non est territus, vt illum, non uno con- certatum vulnere, in amnem deturba- mine uerit. quare cecidere Hostibus ani- mi, vixque ad fugam vires superfuere.

Mellitus interim Dorouernensium apud Angliam Episcopus. Vir aposto- Marty licus, mortalis vitæ iactura, immorta- rol. 14 lem recipit, ab Ecclesia quoque in Maij. sanctorum numerum receptus.

Chri. At Cosroes alia se ratione bello su-
Ann. periorē fore desperans, illud in Roma-
625. num solū transfert, Sclauinis, ac Bulgā- Theo- ris, alijsq. à Septemtrione, Barbaris, in Gaia- ph. & Heraclium sollicitatis, Gaiano in pri- ni per- Cedrē. mis quocum Heraclius foedus pepi- fida- gerat.

136 Epit. Annal. Eccles.

gerat, cui & filios, & Romani tutelam.
Imperij reliquerat. ergo Rex perfidus,
collectis ex suis, ac Barbarorum natio-
ne reliqua exercitu formidando, By-
zantium delatus, Vrbem terra, marique
obsidet, dum interim Sambaras Persarum
Dux Chalcedonem ex aduersa maris
parte acriter oppugnat, uterque tamē
in cassum obnitens. quippe, utraque
classis ventorum impetu, terrestres co-

De ipsa. piæ, intestinis discordijs, periere Dei-
Byza- para, hanc dubiè, cuius se, post Deum,
tū li- tutelæ Byzantij Cives crediderant,
berat. opem ferente, quam & ex Vrbe in sua
properantem, castra obsidentes Bar-
bari conspexere, & Heraclij Coniu-
gem rati, quæ ad Gaianum de Vrbis
deditione accederet colloquutura de-
bito Augustæ honore prosequunti sunt.
Persæ quoque Chalcedonis obsedio-
nem, in longius tractam, demum
soluerunt.

Heraclius porrò eisdem quibus Ho. *Bed. l.*
Gaza- stis, artibus usus, excitos ab Caspio *1.c.10.*
ri ho- Gazaros, qui nunc Turcæ sunt, à tergo
diè Tu- in Hostem immittit; sed haec ad se-
rca. quentem potius annum spectant.

Edui- Hoc tempore Eduinus Borealium
nus. Anglorum Rex Edelburga Christiana
Angl. foemina, Edilberti olim filia, Vxore du-
Rex. cta, Christiana & ipse postea suscepit
- facra, Paulino, quem una cum Mellito,
ac Iusto subsidio in Angliam missum
a Gregorio diximus, instituente. Re-
gios.

gios Coniuges literis, qua hic recitan-
tur, ac muneribus prosequutus hoc
anno est Bonifacius Pontifex, qui haud *Bonifa-*
cij PP.
ita multo post viuere desit pontifica-
tus anno VIII. rebus ipsius gestis ob- *obitus.*
liuione, æquè, ac Antecessoris, se-
pultus.

Chri.
Ann.
626.

Sex fere post menses successor Bo- *Hono-*
nifacio datur Honorius, qui diuinum *ruis-*
in Templis cultum mirificè auxit. *succe-*

Heraclius Turcarum quos diximus, dit.
forti, fidaque usus opera aduersus Per- *Hera-*
fas, hyeme ingruente, ab eis deseritur. *clius à*
quorum insperato abscessu ita animū *Turcis:*
non despondit, ut non longè positas *deseri-*
hostiū copias aggredi alienissimo anni *tur:*
tempore non dubitauerit. prælio itaq. *iterū*
audacter inito, paucis admodum ex *vincit*
suis amissis, insigni victoria potitur,
quam fœliciter statim prosequutus,
Cosroem longius aufugere, regias,
quas incolebat, Villas, regia refertas
supellestili, Romano militi cedere
compellit.

Per idem ferè tempus Anastasius
Persa, quem, post receptam Christia-
nam fidem, Monachum quoque factū
diximus, ad Palestinæ Præsidem, quæ
cum Persis parebat, delatus, quæstio-
nibus acerbissimis subiicitur, quibus
cum se iniuncti præstitisset, ad Co-
sroem ipsum gloriosius triumphatus
mittitur.

Hæc inter Clotarius Dagobertum *Dago-*
bertus.
Fi-

138 *Epit. Annal. Eccles.*

Filium Regni administrationi admouet
ex Arnulfi Metensis Præfulis educatio-
ne , optimis tum quidem moribus im-
butum .

Ada- Quo tempore Adaluualdus Rex P. Dia-
luual- Longobardorum , quod emota esset *l. 4.c. 5*
dus. mente, venificio, ut traditur, fascina-
tus , Regno deiicitur .

Ario- Ariualdo eidem, Arriano homine ,
ualdus subrogato ; quo factum, ut Honorius,
incasum tamen, Exarchi ope implora-
ta, Adaluualdum restituere conatus sit .

S. A- Altero , quam captum Anastasium Chri-
nasta diximus , vertente anno ad Cosroëm Ann.
sij mar fortis Atleta missus , initum pro Chri- *617.*
zyriū. sto certamen consummauit, insignem *Sur.*
martyrij palmam consequutus . *22. Iā.*

At vero Cosroës, Seleuciæ cum es-
set, difficili correptus morbo, Mardesæ *ph.* &
Filij coronandi, consilium init. id cum *Cedrē.*
Syroes maior natu filius *Syroes* perfensisset ,
Cosrois inito, cum Heraclio, foedere , Patrem
fil. capit , captum , omni cruciatuum, ac
Patrē contumeliarum genere afficit: acubus
necat. demum confosum necat ; scelestum
itē fra- Regem ita Numine vlciscente . poti-
tres. tus indē Regno , Mardesam quoque ,
capti- Fratresque alios interimit . captiuos
uos sol. apud se Romanos soluit, in quibus Za-
nit. chariam Hierosolymitanum Patriar-
Crucē cham : facratissimum Crucis Lignum
reddit ita ut fuerat à Patre abductum, & , ne
resignata quidem theca , sanctius cu-
stoditum, reddit. Palestina, reliquaque
Sy-

Bed. l. Syria, ac cæteris Rom. Imperij ditio-
2. c. 24 nibus, & quo animo, cedit.

Cæterum non apud Orientem so-
lum, sed apud Occidentem quoque
Crucis virtus mirifice inclaruit, Edu-
no Angliæ Rege sacro fonte abluto,
Christianæ fide longè, latèque, ea in
Insula, propagata.

Chri.
Ann.
628.

Heraclius, qui, Pace cū Siroë com- Hera-
posita, ex Perside Byzantium se rece- clius
perat; sequentis anni Vere ineunte, Hiero-
Hierosolimam proficiscitur. inire Vr- sol.

bem cum vellet pompa, atque habitu
triumphali, ab occulta quadam vi in-
hibitum ferunt; tum ab Vrbis Antisti-
te monitum, ut Christi potius humili-
tatem præse ferret; nudis pedibus,
obsoletaque indutum veste, Crucem Crucem
humeris in Caluarium Montem detu- hume-
lisce. exinde Iudæos, Vrbe pulsos, ter- ris ge-
tio ab ea milliari exulare iubet. stat.

Post hæc Syriam petit, quam dum Iudaos
Iustrat, Indorum simul, ac Francorum Vrbe
Legationes audir. cæterum Edessæ pellit.
dum moratur ociosus, curiosis de Fide
disputationibus impensius addictus,
Sergio Patriarcha praua ipsum doctrina
imbuente, Monotelita effectus est; Mono-
quæ postmodum Heresis Catholicam telita
Ecclesiam mirum in modum pertur- euadit
bauit. Persa-

Persarum interim Rex Syroës, al- rū Re-
tēro ab inito Principatu anno, à Sarba- gni vi-
ra Duce, seu, quod alij trādūt, Adeser cissitu-
tru- dines.

140 Epit. Annal. Eccles.

trucidatur. neq. Is scelere diu gauisus est, septimū intra mēsem & ipse inter̄pus, Barraza suffecto, qui pari mēsiū spatio regnauit, successorē nactus Barahanem Cosrois filum, cui Hormisda intra annum succedit ; quo à Sarracenis pulso, Regnum ad Arabes est delatum. hoc pacto, formidandum paulò ante terrarum Orbi Regnum, citò colapsum est.

Sequenti anno Heraclius Imperij Chri. sui Vicennalia celebrauit, cetera ocio. Ann. sis ; nisi quantum ocio deterius Fidei 629. negocium, ac perstiferæ illum disputationes distinuere disceptatorē namque Anastasium Iacobitarum Præsulē nactus, Eutychianum hominem, dum ad Catholicam eum fidem perducere conatur, Monotelitarum ipse hæresi magis, magisque implicatur.

Mabon. Trigesimo sæculi huius anno Ma- Chri. metes. homines, fatale portentum Christianæ Ann. Religioni, moritur ; qui monstrosam 630. Sectam ex diuersis conflavit discipli- 1o:Da. nis, illamque, principio Yates, mox de Hu comparati exercitus Dux, armis in res. in Arabiam intulit. Hunc sequuti post fin. modū Sarraceni, ac maioribus in dies Leon. incrementis aucti, eam, qua funditus Chal. deletum est, Orientali Imperio cla- l. 3. dem iutulere.

Hoc eodē anno, Gregorio Patriarcha Alexandrino vita functo, Heraclio Suffragante, Lazorum Antistes Cyrus sub-

sublegitur, quo pariter propinante in-
fœlix Augustus noui dogmatis vene-
num hauserat.

At verò Honorius Rom. Pont. For-
tunato Gradensi Patriarcha, ob hære-
sim, deposito, Primogenium substituit.

Hoc eodem tempore in summa Eccl. S. Vin-
censia pace, apud Legionem Hispaniæ cœlus
Vrbem, Vincentius Abbas, Arriano- Abb.
rum ibidem opera, martyrij palmam mart.
adeptus est.

Chri. Dum Heraclius, Sergio in primis
Ann. stimulante recensoria Monotelitarum
631. Hæresim roborare omni ope nititur,
vltore Deo, Arabes Rom. Imperium Clothar
adoriuntur.

Eodem fere tempore Clotarius Re-
gni anno quarto, ac quadragesimo
extremum obiit diem Dagoberto Fi-
lio superstite, quem Regni anteà par-
ticipem fecerat.

Chri. Cæterum Dagobertus amore pro- Dago-
Ann. Vxore sterili per summam iniuriā bertus
632. electa, Virginem Deo sacratam e Mo-
Aim. nasterio raptam thori consoitem effe-
l. 4. c. cit, Episcopis nequicquam reclaman-
19. tibus, in quibus Amandus quod acrius s. A-
Sur. 6. in Regis facinus inueheretur, exilio mādus
Febr. mulctatus est; qua Vir sanctus occa-
sione benè usus, Gentibus, qui in Va-
sconia adhuc erant, quique in Belgio,
Christi fidem fœ'iciter annunciauit,
ex quo maxima ad Christianam Reli-
gionem accessio facta est.

Eo.

Chri.
Ann.
629.

Chri.
nn.
30.
o: Da.
e Ha.
es. in
2.
Leon.
halc.
3.

142 Epit. Annal. Eccles.

Ara- Eodem anno Arabes, Duce Eribu-
bū Vi- mere Mahometis successore, Palesti-
ctoria. næ Præside acie victo, Gazensem
latè Regionem populati sunt.

Eo dein Duce morte sublato, Hau- Chri.
marum substituunt. Is prælio cū Theo- Ann.
doro Augusti fratre inito, turpem eum 633.
in fugam vertit, qua re territus Augu-
stus ipse, qui Edessæ cum erat, trepidus

Byzantium sese recipit; Sacrosancto Bed. de
Crux Crucis Ligno Hierosolymis, ne in ho- loc. sā.
Byzā- stium iterum potestatem recideret, c. c. 20
tiū de abducto.

fortur. Hoc demum anno, quæ priuatis ha-
ctenus disputationibus enutrita est
Monotelitarū Hæresis, veluti iam adul-
ta, in publicum prodire cepit, à Cyro
Episcopo Alexandrina in Synodo pro-
ducta. porrò quæ tunc acta, quæque
indè sequuta sunt, pluribus hic Author
recenser, apud eum legenda.

Edui- Eodem fere tempore Eduinus An. Bed. l.
nus glorum Rex religiosissimus, à Britonū 2. c. 20
Rex. Regibus duobus, acie vicitus, vniuerso
cum exercitu cæsus est. Eius Regnum
bifariam inter se partiti sunt Consan-
guinei ipsius duo Osricus, ac Eanfri-
dus, qui statim Christianam fidem,
qua imbuti fuerat, abiurarunt. sed sce-
lere haud diu lætati sunt, à Britonum
Rege Carduella ambo interempti.

Sisenā Hoc eodem anno Sisenan. i Hispa- Chri.
dus niæ Regis tertio, frequentissima To- Ann.
Synod. leti Synodus celebrata est. 634.

Tolet.

Hera.

Theo. Heraclio interim, ut sæpè alias, obdor-
ph. miscente, Sarraceni Syria, Phenicia,
Bed. l. atque Ægypto potiuntur.

3. c. i. Post duorum, quos diximus, Angliæ
Regum necem, potitus Eduini Regno
fuerat Osuualdus æquè prius, ac Chri-
stianæ fidei studiosus Princeps. Hic
Christo fidēs, viribus licet impar, Car-
duellam victorem toties Regem vicit,
& Christianā deinceps Religionē mi-
rum in modū, eam apud Insulam, pro-
pagauit; cuius postea siue exemplo,
siue suasu, Occidentalium quoque

Chri. Anglorum Rex Cynigilus Christianis
Ann. sacris initiatus est.

635. Subinde Sarraceni, atque Arabes, Sarra-
Theo. Duce Haumaro, Syria, quæ reliqua ceno
ph. & erat, sabacta, Romanoque exercitu Victo-
Cedrē. apud Cæsaream Palestinæ cælo, Hie- ria.
rosolymam obsident, atque altero ver- Hieron-
tente anno capiunt. sol. ca-

Chri. Quo tempore Synodus Toleti co- piunt.
Ann. gitur, quam appellant quintam, licet Synod.
636. aliarum omnium ratione habita, quas Toleti
recensuimus, septima potius dicenda
fit. acta vero est Chintilano Regnum
auspiciante.

Moritur hoc eodem anno Isidorus, S. Isid.
qui post Leandrum Fratrem, Hispalen-
sem Ecclesiam annos propè XL. ad-
ministrauerat. illius operum catalogū
apud Authorē hic require qui & To-
letanos, hoc loco, Episcopos non nullos,
suo quemque Elogio laudatos, recenset.

Sar-

144 Epit. Annal. Eccles.

Antio- Sarracenorum exindè armis impu- Chri.
chia nè omnia populantibus , Antiochia . Ann.
capta. Orientis columen hoc anno , qui sæ- 637.
culi est septimus, ac trigesimus, amittitur . quo insuper anno Sanctorum complurium reliquias in Occiden-
tem, Ignatij in primis Romam , tran-
slatas memorant .

Hono- Subinde Honorius Pontifex mori- Chri.
rij PP. tur duodecimo Pontificatus anno exa- Ann.
obitus. eto . Eius innumera penè ad diuinum 638.
cultum spectantia monumenta, ac re- *Ana*
gios planè sumptus , Anastasius , ex
eoque hic Author , recenser .

Seue- Huic successor datur Seuerinus, quo
rinus Pontificatum ineunte, Mauritius Mili-
succe- tum in vrbe Præfectus, atque Isaacius
dit. Exarchus sacrum Ecclesiæ Lateranen-
sis thesaurum ab Honorio inibi con-
ditum, sacramque supellectilem sacri-
legi homines, manu militari, abripue-
runt; obnitentes Clericos exilio mul-
tarunt .

Synod. Celebratur hoc eodem anno Syno-
Tolet. dus Toleti , cui Episcopi aut per se ,
aut certè per Legatos LII. interfuerere .

Ario- Per idem tempus Ariualdo Lon-
ualdi gobardorum Rege vita functo , Ro-
mors. tharis itidem Arrianus subrogatur. qua
Rotha- tempestate duo fermè vnaquaque in
ris Lög. Regni Vrbe Episcopi erant cattholi-
Rex. cus unus, Arriannus alter .

Chri.
Sequitur annus à Christo nato sex- Ann.
centesimus vnde quadragesimus quo 639.
Hera-

Chri.
Ann.
637.

Cæs. Baron. Lib. VIII. 145

Heraclius, siue eius nomine Sergius Patriarcha Ecclæsim, hoc est Expositio-
nem (perfidiæ edictum) promulga-
uit, Romamque ad Seuerinum misit.

Is, eo haudquam probato, aut Seueri
recepto, decessit Successorem naestus ni PP.
Ioannem hoc nomine IV. Ad Ecclæsim obitus.
porro huiusmodi confirmandam Ser- Ioānes
gius Episcoporum Synodum Byzantij IV.
cogit; qua, ex animi sententia, cele-
brata, absolutaque, perfidiæ poenas Sergij
daturus extinguitur, Pyrrhum æquè obitus.
impium fortius Successorem.

Chri.
Ann.
640.

At Ioannes Rom. Pont. Synodo & Pyr-
ipse Romę celebrata, Heraclij Ecclæsim rhus
damnare haud veritus, Author insuper succe-
Africæ Episcopis fuit, idem ut confe- dit.
stim omnes præstarent. hac re cognita Synod.
Heraclius, nouo edito, Prioris se Roma.
Autorem negat, à Sergio illud con-
scriptum, atque ad vim illi tribuendā,
ipsius Augusti nomine editū affirmat;
rectius si tum catholicæ, ac sinceræ
Fidei expositionem, ac professionem
edidisset.

Obiit hoc eodem anno Cyrus Ale-
xandrinus alterum nouæ Hæresis pro-
pugnaculum.

Chri.
Ann.
641.

Nec ita multo post Heraclius ipse, Hera-
vbi annos alterum, ac triginta imperaf- clij obi-
set. post quem ambo intra annua Filij tus.
Imperio functi sunt Constantinus, quē
viuens Pater Augustum dixerat, quar-
tum post mensem veneno à Nouerca,

G vt

146 Epit. Annal. Eccles.

ut creditum, sublatus. Heraclion Martinæ Filius exilio, vna cum Matre, auctore Senatu, damnatus, & ipse quidē naso, illa verò lingua mulctati: quibus Cōstās pulsis, Constans. Constantini Filius Imp. Augustus appellatur.

Io. Pa- Obiit hoc eodē anno Ioānes, Rom.
p & obi- Pont. cui successor datus est Theodo-
rus. rus, quem Hierosolymis ortū tradunt.

Theo- At Constans, quemadmodum auiti
dorus Imperij, ita & erroris hæres, propaga-
succe- re hæresim omni ope studuit. itaque 641
dit. cum Pyrrhus in suspicionem initæ cū
Martina, ac Filio conspirationis, vo-
luntarium exilium subijsset, Paulum
itidem Monotelitam substituit; quod
& in alijs Orientis Ecclesijs subindē
præstitit.

Hoc item anno Osuualdus Sanctif. Bed.
simus Anglorum Rex, à Merciorum, 3.c.
eandem apud Insulam, Rege acie vi-
ctus, ac cæsus est; miraculis etiam
post mortem clarus.

Interim Haumar Sarracenorū Prin-
ceps Salomonis olim Templum re-
Cruces moliri cæpit. cum opus non consiste-
deie- ret, Iudæis suadentibus, Crucem, quæ
tæ. è regione erat Templi summo in Oli-
ueti Montis vertice deturbari iubet;
ex quo opus cum succederet, ea ve-
luti licentia, Cruces passim reliquæ
deiectæ à Iudæis, ac Sarracenis sunt.

Mauritius porrò, à quo Lateranensi
Episcopio vim illatam diximus, diui-
nam

nam ipse vltionem acceptissime est visus,
cum , Tyrannide arrepta , ab Isaacio
Exarco capite plexus est.

Chri. Vigesimum agebat in Episcopatu

Ann. annum Paulinus , qui à Gregorio mis-

644. sus in Britaniā fuerat , cum æternæ

Bed. l. vitæ præmia recepturus , mortalem

3. c. 14 exuit. eodemque tempore Sigebertus

Sige-

berius

Rex

Mona-

chus.

Christianus ibidem Rex, Regis pom-
pis valere iussis, Monastichum vitæ
genus amplexus est. nec tamen id-
circo quieto viuere ei licuit , Mer-
ciorum Regis insidijs interempto .

Aim. Rex itidem Gallorum Dagobertus

l. 4. c. Regni vbique Templa annuis ditauit

30. redditibus, non donarijs tantum, sacra-
que ornauit supellecstile .

Chri. Ad sequentem annum spectat , qui

Bed. Ann. sæculi fuit quintus, ac quadragesimus, S. Mar-

3. c. 645. Maximi Martyris cum Pyrrho Byzan-

ximi

dispu-

tij olim Præsule apud Africam dispu-

tatio, quam graciè, ac latinè exscriptā, tatio-

in finem octauii huius Voluminis Au-

thor reiçere satius duxit, ne sua proli-

xitate rerum gestarum seriem, im-

portuno veluti obice, intercideret . post

celebrem hanc disputationē Pyrrhus

Monotelitarum ille Antesignanus, ab-

iurata hæresi , sinceram tum quidem

fidei doctrinam professus est, ideoque

à Rom. Pontifice Theodoro catholi-

ca communioni est restitutus .

At vero qui Cruces deiici, aut man-

Haum-

davit, aut permisit Haumar, Sacrilegij mar-

G 2 pœ.

148 Epit. Annal. Eccles.

pœnas actutum dedit , à Perſa interemptus ; cui Hoamen ipsius cognatus ſubrogatus eſt .

Synod. Africæ ad hæc Primates nouæ Hæ. Ch. ap. A- resi damnadæ, Prouinciæ quisque ſuæ Ann. fricā. Episcopos cogunt. Synodales dein' li- 646 teras, non ad Rom. tantum Pontificem, sed ad Constantem quoque Aug. scribunt. tum ad Paulum Patriarcham, quarum omnium exemplum hic apud Authorem habes. Sed & ipfe Theodo- rus Pontifex ſuos Constantinopolim Apocrisarios mittit, qui Paulum ab Hærefi reuocare omni ope ſtudeant ; quod cum fruſtra diu tentaffent, Anatematis ſententia in eſi poſtea lata eſt.

Syno- dus To- leti. Hoc eodem anno, qui fuit Chinda- diuſti Hispaniæ Regis quintus, Con- cilium iterum Toleti cogitur.

Sequenti porrò, Constantis Aug. Chri- sexto, Sarraceni Africam inuadunt : Ann. Gregorium inibi, ex Prætore Tyran- 647. num, acie victum, in fugam vertunt : Th. tributo indè imposito, recedunt . ph. A

Dago- berti Moritur hoc ipſo tempore Dago- nat. bertus de quo illud memoria dignum obitus, traditur, ſub ipsam mortis horam, eius Mirū- animam sancto cuidam Anachoretæ de eius diuinitus oſtentam à Dæmonibus rani- ptatam, mox à sanctis Cæli Ciuibis, ma. quorum is Templa, aut extruxerat, aut ditauerat, à Dæmonum manibus vindicatam. hac de re apud vniuersam Galliam testata meminit Ludouicus Pius

Pius Imperator in Epistola , quam ad
Ilduinum Abbatem dedit .

Chri. Paulus subinde Patriarcha vniuer-
Ann. sam in se Occidentalem Ecclesiam
æ Ann. 548. concitaram sentiens , Constanti Aug.
i- 646. Theo- author fuit, vt nouo proposito edicto,
n, ph. an- quod Typum nuncupauit, recens ortæ Typus
i- nal. controuersiæ silentium indicaret. Ty Conſtā
n, Anast. pus tamen huiusmodi Romam perla. tis edi-
d, iTheo, tus, quod sub verborum inuolucris etum.
m, adhuc hæresis veluti delitesceret, ita
b, à Theodoro probatus non est , vt vna
; illum cum Authore Paulo damnare
t. non dubitauerit , Synodo ad id Epi- Synod.
scoporum coacta. Romæ.

Pyrrhus verò extorris Catholicæ ,
vt diximus Ecclesiæ redditus , ab O-
lympio Exarcho Rauennam euoca-
tus , non Augusti tantum gratiæ , sed
amissiæ quoque Ecclesiæ recuperandæ
spe facta , esca veluti porrecta, hamo
infoelix est captus fidei iterum deser-
tor effectus.nec defuit sceleri merces,
quippè Byzantii profectus cum Pau-
lus interim deceffisset , sedem ipse re-
cipit, quam amiserat . qua re cognita
Theodorus , diro eum Anathemate
perculit . Tradit Theophanes Anate- Exco-
mathis illum , ac depositionis senten- muni-
tiam viuifico Christi sanguine in atra- catio.
mentum infuso ad Apostolorū Aram , Christi
nouo exemplo , subscriptisse. sanguis

At , ne quis , rebus faciis apud O- nesub-
ridentem ita pessundatis, Imperij clade scripta

130 Epit. Annal. Eccles.

annus vacuus elaberetur; Sarraceni Cyprum populati, Constantiam nobilem eius Insulæ Vrbem expugnant, ac diriunt.

Theo- Exindè Theodorus octauo Pontifi- Chri.
dori catus anno moritur; cui Martinus Tu- Ann.
PP. obi derti, Vmbriæ Vrbe, natus sublegitur, 649.
tus. qui, sub ipsum Pontificatus exordium,
Marti Synodum Romæ frequentissimā cen-
nus Tu tum amplius Episcoporum coēgit,
derti- cuius Acta integra permandere, quæ
nus ab Authore hic fusius relata requiri à
succē. Lectore poterunt.

dit. At Constans rerum quæ, à Martino Chri.
Synod. gestæ Romæ fuerant certior, vt par Ann.
Roma. erat, factus; Theodoro Exarcho man- 650.

dat, illum vt vi, aut dolo comprehen- Theo-
sum, ad se transmittat, quod impigrè ph. A.
Theodorus præstítit, Sanctissimo An- nastia.

Marti tistite, manu militari, è Laterano, ab-
nus PP stracto, ac naui imposito. Is igitur By-
captus zantium delatus, post dirum carce-
rem, atque indignos cruciatus, Cher-

Rele- sonam, vna cum Maximo, Roma iti-
gatur. dem abducto, relegatur. cæterum, ne

Tyarnnum agere videretur, occultas
cum Sarracenis conspirationes, aliaq.
in illum crima confingit. rem ge-
stam, quæ ad sequentes quoque annos
spectat, ex ipsius Martini literis, ac
Maximi Actis fusè hic Author re-
censet.

Romanus interim Clerus, (Exarcho Ann.
acrius vrgente) ne abeo Hæreticus 651.
quis- Ann.

Cas. Baron. Lib. VIII. 151

qui spia Petri sedi admouentur, Martino adhuc viuenti Eugenium subrogat, qui tamen, eo superflite, non nisi vicaria Præfectura potitus est.

Chri. Ann. 649. Altero ab Eugenij electione anno,

qui Martini quintus numeratur; Pyrrho *Pyrrhi* Patriarchæ vita sancto, Petrus, &c ipse *obitus.*

Anast. Monotelita, substituitur, qui Synodicas, ex more, literas ad Eugenium dedit, sed ambagibus ita inuolutas, ut Romanus Clerus, ac Populus fraudem odorati, admittere hominem ad communionem renuerint, ac suspensum animo Eugenium eandem in sententiam perduxerint.

Eodem anno, quo Reccesuinthus *Synod.* Hispaniæ Rex quintum inchoauit, *Sy-* *Toleti-* nodus Toleti cogitur Episcoporum amplius L.

Bed. l. Hoc tempore mediterranei Angli *Penda* cum Rege Penda, Senioris Pendæ *Angl.* Filio, Christi fidem amplexi sunt. huius *Rex.* verò ex sorore neptis Ositha, quæ Orientalium Saxonum Regi nupserat, ab eoque intacta in Monasterium, vnde eam acceperat, remissa fuerat, ab ingueatibus Danis, qui pyraticam exercebant, Martyrij palmam adepta est.

Theo- *ph.* Quod ad res pertinet Orientales; Sarraceni Rhodum expugnant: *Co-* *Colos-* lossum terremotu antea disiectū, com- *sus Rho* minuunt, ex cuius ærè Iudæo cuidam *di.* diuendito Cameli nongenti onerati

G 4 dicun-

152 Epit. Annal. Eccles.

dicuntur. post hæc Armenia ab eisdem
Barbaris vastata est.

Marti Cæterum Martinus , quem Cher-
ni PP. sonem relegatum diximus , sexto de-
obitus. cum Pontificatus anno moritur , iure
inter Martyres numeratus . Quo tem-
pore Saraceni Constantem Augu-
stum nauali prælio victum , in fugam
vertunt .

Rotha Rotharis porrò Longobardorū Rex *P.Dia*
ris XVII. Regni anno vita functus , Ro- *I. 3. c.*
mors. doaldo illud Filio , veluti per manus , *48.*

Rodo- trādit .

aldus Adepti hoc anno sunt martyrij pal-
succe- mam apud Belgium Leuinus Episco-
dit. pus Gandensis & qui à Martino Pon-
tifice missus illuc fuerat , Follianus Epi-
scopus Fossensis vñā cum tribus Sa-
cræ illius expeditionis socijs .

Euge- At non diù superstes post Martini Chri-
nij PP. obitum Eugenius successorem habuit Ann.
obitus. Vitalianum .

Vita- Christi porrò apud Angliam Fides ; *Bed. I.*
lianu maioribus in dies incrementis propa- *3.c. 21*
succe- gatur ; politico licet rerum statu ve-
dit. hementer perturbato .

Synod. Eodem Reccesuintho ad huc re-
Toleti. gnante , alia Toleti Synodus celebra-
tur .

Subinde Constans Monotelitarum , Chri.
quam profitebatur , hæresi stabiliendæ , Ann.
Maximum apud Thraciam exulantem ,
pertrahere in illam cum optaret , Viros
ad eum sumos incassum legat Theo-
dofium ,

dosium, ac Paulum. Hi blanditijs eum adorti, disputatione instituta, tantum absuit, ut voti compotem Augustum facerent, vt, Catholici ipsi effecti, ad rectam eum Fidem amplectendā horati fuerint. Augusto autem adhuc hæresi patrocinante, Maximus ipse Byzantium euocatur, ac Iudicio fistitur. cæterū Petrus Patriarcha dum Christi martyrem in Iudicium vocat, ad tremendum ipse Dei tribunal, morte raptus, adducitur, Thoma, quem Orthodoxum fuisse quidam tradunt, eidem substituto.

Quo tempore Toleti iterum Synodus cogitatur, ex laudabili eius Regni Toleti. instituto.

At Maximus, cumque eo Discipuli illius duo eiusdem vterque nominis, Anastasij, iterum producti, initæque Tkeo- cum Sarracenis aduersus Remp. con- S. Ma- ph. & spirationis, aliorumque criminis falsò, ximi Max. ac non nisi in speciem, accusati; de certa- Ad. nique, quod re ipsa suberat, an Augusti men. Typum recipere, ac probare in animum induxissent, interpellati, negantes Deo id se propitio præstare posse, verberibus sœuissimè afficiuntur, Præ- cone præeunte, elataque voce præci- nente; qui Regijs sanctionibus non pa- rent, & in contumacia persistunt, di- gni sunt qui hac patiantur. postridie incasum iterum tentati, Maximus, atque ex Anastasijs alter (cum altero,

G 5 quod

Chri.
Ann.
54.
Anast.

P. Dia
3.
48.

Chri.
Ann.
655.
Bed.
c. 21

Chri.
Ann.
56.

154 Epit. Annal. Ecclæs.

quod Apocrisarius fuisset, mitius actū) abscissis radicibus linguis, atq. utriusque dextris, exilio iterum damnantur, Apocrisario quoque Anastasio exiliij comite adiuncto, quamquam exiliij locus, ad pœnam augendam, seorsim singulis decretus est. illud admirandum, exacta utrumque Martyrem lingua, haud secius loquitos, quod Actorum Author disertè tradit.

Maximus ævo pariter, atque erumnis confectus, post triennium moritur, interque Ecclesiæ Doctores, ac Martyres numeratur. *Eius operum catalogum, ex Photij Bibliotheca, ac Vaticanicis codicibus, apud Authorē hic habes.*

S. Ilde- Hoc eodem anno, Eugenio san-
fonsus. Cuius Toleti Episcopo vita fun-
cto, Ildefonsus, æque sanctus, sub-
rogatur.

S. Sige- Ad Deum quoque migrasse constat Molā.
bertus Sigebertū Galliæ Regem, ob res præ- 1. Feb.
Gall. clare gestas, sancteque actam vitam,
Rex. inter Sanctos à veteribus relatus, &
Kalendis Februarij coli consuetus, de
cuius miraculis Sigebertus Gembla-
censis libellum conscripsit.

Subinde Thomā Constantinopoli-Chri-
tano Patriarcha vita functo, Ioannes Ann.
subrogatur.

Sarra- Quo tempore Mahuias Sarrace- Theo-
cenitri norum Princeps, suorum impulsus se- ph.
butarij ditione, legatos de Pace ad Constan-
tem mittit, Tributi nomine mille die-
tim

Cæf. Baron. Lib. VIII. 155

tim nummos pollicitus; insuper &
equum, & Seruum.

Hic idem annus (quod ad res spe-
sur. Etat Occidentales) Theobaldi Traie- S. The
10. Sep. Cœnensis Episcopi martyrio illustratur. obald.
Chri. At Constans scelerum veluti futijs
Ann. agitatus, Theodosium Fratrem, quem
659. Diaconum fieri compullerat, cuius
Theo- porrò ministerio Christi sanguinem
ph. hauserat, nulla ex iusta causa, interi-
mit, sacrilegium parricidio iungens.
cæterum, Deo tantū scelus vlciscen-
te, factum videtur, vt supplex Paulo
ante Mahuias, Haliæmulo interfecto,
pacis tractatione disiecta infensor
deinceps Rom. Imperio Hostis exi-
steret.

P. Dia. Per idem tempus Rodoaldus Lon-
l. 4. c. gobardorū Rex Gentilis hominis ma-
49. nu, cuius Vxorem violauerat, interfici-
tur. huius Coniux, Viro adhuc super- Singu-
flite, adulterij insimulata, Carellum laris
Seruum naœta est, qui, crimen vt dilue- certa-
ret, hominem, à quo illud fuerat inge- minis
stum, ad singulare certamen prouoca- origo.
tum, inspectante Populo interemit,
quo facto Reginam Dominam in Viri
gratiam redintegravit, consuetudinem
huiusmodi detestandam componendi
per Monomachiam iurgia tum' pri-
mum à Barbaris in Italiam inuectam
tradunt.

Sublegitur Rodoaldo Aripertus Artipe
Gundibaldi olim Filius.

rius.

G 6 Sex-

Aolä.
Feb.

hri.
nn.
S.
heo.

Sexcentesimus, ac Sexagesimus Re- Chri.
S. Ma- demproris annus subit, quo Maximus Ann.
ximi triennio, apud Alanos Barbaros, cum 660.
obitus. fuisset, beato demum exitu conquie-
 uit.

Clodo- Regnabat hoc tempore apud Fran- *Aim*
nus cos Clodouæus Iunior, cuius impuris *l. 4. i.*
Rex moribus, ac vitæ genere detestando *47.*
Fræc, factum videtur, vt tum Regni status
 dilabi cæperit, tum inclyta Merouin-
 gorū propago degener deinceps ma-
 gis in dies facta, demum conciderit.

Sequētis anni res gestæ scriptorum Chri.
 inopia obscuræ admodum remansere, Ann.
 nisi quantum Europæ angulus Flan- *661.*
S. A- dria S. Amandi Episcopi Traiecten. *Mold.*
mädus sis præclara morte illustratur. *5. Feb.*

Synod. Post hæc Clipiaci, qui Parisensis Chri.
duplex agri est Pagus, omnium propemodum Ann.
 Gallorum Gentis Episcoporum Syno- *663.*
 dus cogitur. Eodem sub Rege Clo- *Aim.*
 douæo (quanquam annus ignoratur) *l. 4. i.*
 Cabilonenis quoque Synodus acta *41.*
 reperitur.

Cōstā- Subinde Constans Aug. per summā Chri.
ris cō- animi inconstantiam Siracuis apud Si- *Ann.*
siliū. ciliam Imperij sedem constituere cum *663.*
 decreuisset, Byzantio soluens, ad Vr- *P. Dm.*
 bem, e naui, qua vehebatur, conuer- *l. 5. i.*
 fus, conspuisse eam fertur. *6.*

Cōstās Antequam Siracuis consisteret Ro- *Anast.*
 mam delatus est, processit illi obuiam *in Vi-*
Roma. cum sacerdotum agmine Vitalianus *tat.*
 Pontifex ad Sextum ab Urbe lapidem.

at.

at ille, ac si prædæ causa ad Vrbem venisset; ea veluti per vim capta, ærea inde Signa, ac præclara omnis generis monumenta abstulit, ut ne tegulis quidem parceret, quibus Pâtheon, Agrip- pæ Templum celeberrimum, operie- batur.

Chri. Romæ haud diu moratus, in Siciliâ
Ann. liam nauigat. *Siciliâ petit.*

664. Erant apud Anglos ex Scotia peti-
Bed. l. ti Clerici, atque Episcopi. hi cætera
3. c. 25 Orthodoxi, contra vniuersalis Ecclesiæ
morem, Pascha celebrare consueue-
rant. hac de re difficultis admodum hoc
ipso tempore orta contentio est *rem-
gestam fusè Author recenset, quem
relinquimus consulendum.*

Eodem ferè tempore Aigulfus Liri-
ensis Monasterij Abbas, quod Mona-
sticæ disciplinæ assertor esset seue-
rior, à pseudomonachis, vnâ cum ad-
dictis sibi socijs, interimitur. acerri-
mum patrati parricidij vindicem tum-
fuisse Clodouæum ferunt, qui haud
ità multò post deceffit, Clothario,
Childerico, ac Theodorico Filijs su-
perstitibus.

Molæ. Gertrudes quoque Pipini Ducis Fi- S Ger-
5. Mar lia defuncta est nobilitate, ac sancti- trudes-
tij. tate insignis Virgo.

Chri. Defuncto apud Angliam ex vulga-
Ann. ri, quæ tum grassabatur, lue Deusde-
665. dit Dorouernensi Archiepiscopo, O- Osuiss.
Bed. l. suui Rex Legatos ad Vitalianum mit- *Angl.*
3. c. 29 tit., Reso.

Chri.
Ann.
660.
Aim.
l. 4.
47.

Chri.
Ann.
661.
Molæ.
5. Feb.
Chri.
Ann.
662.
Aim.
. 4.
I.

Chri.
Ann.
663.
P. Dih.
5. 6.
Inalt.
2. Vi.
47.

158 Epit. Annal. Eccl.

tit, cumq. his Vuigardum Presbyterū, quem nouum Archiepiscopum consecrari expetit. cæterum cum Vuigardus ante consecrationem decessisset, eius loco Theodorus sufficitur, atque in Angliam mittitur.

S. Eli. Quo item anno S. Eligius Nouio-
gius. menis Episcopus Flandriæ Apostolus Chro.
Sigeb.

Vir admirandus è vita excessit. cuius

S. Au- res gestas Vir æquè clarus Audoenus
doenus tribus exactè libris prosequutus est;
apud quem de Vuandregisili quoque,
hoc eodem anno, ad Deum transi-
tu, cui interfuit, mentio habetur.

Obierat Ioannes Byzantij Patriar- Chri.
cha quinquennio amplius ea potitus Ann.
sede, cui Constantinus Catholicæ Vir 666.
communionis successerat. at hic an-
nuo vix Pontificatu gesto, morte il-
lum Theodoro cessit Monotelitæ om-
nium deterrimo.

Synod. Hoc tempore Synodus Emeritensis
Emeri à Lusitaniae Episcopis XII. celebra-
turus Reccesuinthi Regis anno XVIII.

Armeniæ Prefecturam pro Constan. Chri.
te administrabat Saporius quidam. hic Ann.
arma aduersus Augustum capiens, Sar. 666.
racenorum auxilio fatus Hadriano- Theeo-
polim venit. cæterum cum iam Ro- pb.
manum Imperium spe improba deuo-
raffet, in ipsa eius Vrbis Porta, ex
equo, ferocius insultante, deiectus,
S. Ilde extinguitur Moritur hoc eodem anno
fons o. S. Ildefonsus, Magnus ille Toletanus
bitus.

Ar-

Cæf. Baron. Lib. VIII. 159

Archiepiscopus, cuius Elogium, ac,
editorum ab eo operum, catalogum
apud Authorem hic require.

Chri. Triennio amplius Siracusis fuerat *Constā*
Ann. *Constans*, cum in Balneo, siue il. tis obi-
668. lius vapore, siue, ut alij tradunt, vi *tus*.
Theo. ab Andrea quodam illata, necatur;
ph. Imperij anno XXVII. quo audito, qui
Anast. cum Saporio rebellauerant, Metium,
Armenum hominem, Augustum appell-
iant. eodem tempore *Constantinus Cōstā*-
Constantis Filius natu maximus Impe- *tinus*
rium capessit, Tyrannum deiicit, Ti- fil. suc-
berium, atque Heraclium Fratres Col- cedit.
legas adsciscit, quamquam eos postea
effectati Imperij suspectos deiicit.
Huic *Pogonato* nomē est inditum, hoc
est *Barbato*, quod in Siciliam profe-
cturus, Byzantio imberbis cum disces-
sisset, promissa indē barba reuersus
est.

Chri. Ad hæc Vitalianus, ubi annos sedis- *Vital.*
Ann. set amplius XIV. diem obiit extre- *obitus.*
669. mum. Eo adhuc superflite, Rauenna-
P. Dia. Episcopi cum eo orta contentio
b. s. c. est, cum Hic Exarchi fretus potentia,
13. Romanæ Ecclesiæ subesse abnueret,
Anast. quod mentis delirium ad successorem
quoque Reparatum pertinuit.

Vitaliano sublegitur Adeodatus, *Adeo-*
quo Pontificatum auspicante, Sar- *datus*
raceni Siciliam, ac Siracusas in primis succe-
populati, Romanam indē predam ab- *dit.*
stulere.

Dum

160 Epit. Annal. Eccles.

Osuui Dum Anglicana Ecclesia, nouis ex Chri.
Angl. Vrbe Cultoribus à Vitaliano submis- Ann.
Rex sis, mirum in modum efflorescit, 670.

Osuui Rex religiosissimus moritur, Bed. l
Ecfrido Filio hærede instituto. 4. c. 5

dus. Eodem ferè tempore Maxellendis Molæ
Cameracensis Virgo ab Arduino, qui 13. N
vxorē eam frustra expetierat, amore, uēbr.
vt sāpius, in odium verso, necatur, Sigeb
cum castimoniæ, martyrij quoque Chr.
palmam adepta.

S. Pro- scopus ob suæ ipsius tutelam Eccle-
iectus. siæ innocuum sanguinem profudit.

Subit annus à Christo nato sex- Chri.
centesimus septuagesimus primus re- Ann.
rum Ecclesiasticarum omnino ex- 671.
pers, quo Sarraceni Lyciam, atque
Ciliciam, ex instituto, populati sunt.

Sarra- At sequenti, in Traciam, classe, de- Chri.
cenorū lati, Regiam ipsam Vrbē terrore maxi- Ann.
ausus. mo afficiunt sex ipsos menses eiusdē 672.
agrum insidentes hyeme porrò in Theo-
gruente, Cyzicum recipiunt sese, By- ph. &
zantium interum, verè appetente, ag- Cedré-
gressuri; quod toto septennio, veluti
per vices incassum (Deipara haud du-
biè propugnante) cum fecissent, vi-
demum procellę absorta classe, Bar-
barorum copiae deletæ sunt.

Ad hunc annum spectat S. Audoeni Sur.
Rothomagensis Episcopi ad Aposto- 24. An
Synod. lorum limina suscepta peregrinatio & gust.
Angli- celebrata apud Angliā Synodus, cuius Bed. l
etatis

Dec. 4. c. 5.

Cæſ Baron. Lib. VIII. 161

Chri.
Ann.
670.
Bed.
4. c. 5
Molä.
13. N.
uebr.
Sigebr.
Chr.

Decreta ex Beda Author hoc loco re- fert. ex quo pariter Sebbi religiosissi- mi Regis obitum describit.

Luc. Obiit hoc eodem anno æquè pius,
Tudē. ac religiosus Rex Hispaniæ Reccesu- *Recce-*
Chrō. inthus , cui Bamba, pietate haud qua- *sūtus.*
quam impar, succedere inuitus co- *Bāba*
gitur. *Rex.*

Chri. Qui sequitur annus Grimoaldi Lon- *Grimo*
Ann. gobardorum Regis mortem adscri- *aldus*
673. ptam habet, non alia ex causa memo- *Long.*
P. Dia. ratu dignam, nisi quod ante illam , Ar- *Rex.*
l. 3. c. riana abiurata hæresi, fidem is catholi-
33. cam amplexus est , Diuoque Ambro-
fio , acerrimo Arrianorum olim hosti ,
Ticini Templum regio sumptu extru-
xit. huic nouenni's Filius *Garibaldus Gar-*
successor tum quidem est datus ; cæ- *baldus*
terum Bertarido Aritperi filio ex Gal- *Berta-*
lia , apud quam extorris agebat , pro- *ridus.*
fecto paternum Regnum repetente ,
exturbatus auctum est , mense , à Pa-
tris obitu , tertio .

Tudēs Quo tempore Ildericus , qui Nar-
Chron. bonensem Galliam pro Bamba Rege
administrabat, ab eo rebellans, tyran-
nidem inuasit , hunc dum deiçere
Bambas per Paulum Ducem cogitat ,
Paulum quoque infidum nactus, in se
ipsum eidem arma subministrat .

Chri. Igitur aduersus utrumque exercitu
Ann. comparato , insigni de ambobus vi-
674. ctoria potitus est. Angelis ipsis, ut fe-
runt , pro religioso Rege dimicanti-
bus

162 Epit. Annal. Eccles.

bus. Tyrannis itaque sublatis, ac Reip.

Synod. statu composito, Synodum Toleti co- Chri.

Tolet. git, ac post illam, ē Lusitaniæ Episco- Ann.

& Bra- pis, Bracarensem. Sarracenos post hæc 675.

carēsis Classe in Hispaniam delatos maritimo Tudi

prelio vincit, ducentis amplius eorum Chrō-

nauibus aut incensis, aut demersis.

Adeo- Exinde Adeodatus octauum Pon- Chri.

dati. tificatus annum auspicatus, moritur, Ann.

PP. cuius res gestæ, silentio obrutæ, vna 676.

mors. cum ipso videntur consepultæ.

Huic sublegitur Donus, quem alij Sigeb.

Donus Domnum, siue Domnionem vocant. Chr.

succe- Per idem tempus Sarraceni, qui re- Theo.

dit. rum hactenus gestarum fama, magniq. ph.

terrore nominis Orbem ferè vniuer-

Sarra. sum impleuerant, pacem à Constanti-

cenitri no Augusto exposcunt, tributi ad an-

buta- nos XXX. solutionem pacti.

Pace itaque, summa cum gloria, Chri.

composita, ac belli proinde solutus, Ann.

curis Augustus ad Ecclesiæ Pacé con- 677.

ciliandam animū adiecit; quamquam,

Theodoro Regiæ Vrbis Patriarcha, ac

Machario Antiocheno aduersantibus,

perficere id statim non potuit.

Sequenti tamen anno ad Domnum Chri.

Rom. Pontificē prolixiores, hac de re, Ann.

literas dedit, quarum exemplum ante 678.

Sextæ Synodi Acta descriptum habes.

Constat autem antequam Romam hu-

iusmodi Augusti literæ peruenirent,

Domni Domnum ex hac vita sublatum, Suc-

PP. obi cessori proinde Agatoni redditas.

III. Porrò

Porrò cum hoc ipso tempore Bulgari Agato
Thraciam infestam haberent, pius Im. succe-
perator, ut de Ecclesiæ pace agere, dit.
quod iam decreuerat, posset; pacem Tribu-
cum Barbaris, inquis licet conditio. tū Bul-
nibus, componit, annum eisdem tri- garis
butum pollicitus, dedecore maiore, solui-
quam damno.

Moritur hoc tempore Mahuias Sar-
racenorum Princeps, Gizidi Filio Re-
gnum veluti per manus tradens.

Quo tempore sacro sanctum Christi
Sudarium Beda inuentum testatur.

Pium Augusti votū vniuersalis Con-
cilij celebrandi, ex redditis Agatoni
literis, vulgatum cū fuisse, per omnes
P. Dia. sermè Occidentales Prouincias Epi-
l. 6. c. 4 scoporum Conuentus aguntur, hoc
Bed. l. non in Italia modo, sed in Gallia quo-
4. c. 17 que, atque Anglia hoc anno prestitū.

Post hæc idem ipse Agato celebrio-
rem Romæ Synodus cogit Episco. *Synod.*
680. porum amplius centum non aliam ob Roma.

Anast. causam, nisi ad firmādum in ea Catho-
in A. licum aduersus Monotelitas Dogma,
gat. & Legationem ad Oecumenicā apud
praäb. Orientem Synodus decernendā;
sext. quod, & ritè præstitum in ea constat.

Synod. nec à Synodo tantū trium Episcopo-
rum Legatio missa, sed ab ipso quoq.
seorsim Agatone Theodorus, ac Geor-
gius Presbyteri, Ioannes Diaconus, ac
Constatinus Subdiaconus legati sunt.
Agatonis porrò Epistola ad Augustum
ipsum,

ipsum, ac Fratres, ab Auctore hic reci-
tatur; cui & alia à Synodo pariter ad
eosdem data subnectitur.

Deposuerat Augustus iam Theodo-
rum Byzantij Antilititem, quod præfra-
ctè nimium hæresim tueretur, conci-
liandæque paci aduersaretur auda-
cius; proque eo Georgium rectæ Fi-
dei pacisque cultorem federe iusserat;
huic negocium ab eo datum Episco-
pos quantocius euocandi, quod intra
Sexta
Synod.
Ocru-
men. bimestre factum videtur. conuenisse
autem Constantinopolim constat Epi-
scopos, aut Episcoporū Legatos cen-
tum circiter, ac septuaginta. reliqua
ex Actis ipsis, quæ extant petenda re-
liquimus, quæ non adhuc tantum,
sed ad sequentem quoque annum
pertinent.

Hac codē anno s̄eculi huius octua- *P.Dia.*
gesimo, post Solis, lunæque defectus, *l.6.c.5*
Pestis pestis atrox inuasit Italiā, Romā
in Ita- in primis, ac Ticinum funeribus ex-
ha. hausit. Visus à multis in Urbe dicitur
Diabolus eam circumagens, &c, ad An-
geli imperium, cuspide domorum fe-
rire ianuas. posteratum die mortuo-
rum numerus cuspidis æquare ictus
comperiebatur. Verū diuino, vt aiunt,
monitu Sebastiano Martyri Ara in
D. Petri Æde, quæ ad Vincula dicitur,
Bam- confecrata, lues abstensa est.

Rex Hoc tempore Bamba Rex, rerum *Tudē.*
Mona- gestarum fama inclytus exemplo ad *Chron.*
chus. poste- *Anast.*

posteros memorando Monasticum in-
dumentum, atque institutum, sumpsit,
Successorē Eruigiū, qui Aulæ tum po- *Eruig.*
tens erat, græcæ originis hominē na- *gius*
Etus, quē ipsi antea Regi insidiatū fe- *Rex.*
runt, eidemque venenum propinasse.

Chri. Vniuersali apud Byzantium Syno- *Syno-*
Ann. do nondum soluta, Toletana cogitur *dus To*
681. Eruigij, vt videtur, postulatu, quo Re- *leti.*
gnoum ipsi nuper adeptum, ab Episco-
pis firmaretur, quorum absque suffra-
gio regnare apud Hispaniam, lege iam
lata, non liceret. redargutos hac in Sy. *Pluriū*
nodo fuisse constat, qui plures vno die *Missa-*
missas celebrantes, in singulis non cō- *rum ce*
municarent. sed & illud cautum, ne lebra-
Monasticum habitum, atque institutū *tio.*
fas esset deserere, quod ad Regis se-
curitatem factum videtur, ne Bambæ
adhuc superstiti repetendi Regni spes
reliqua in futurum esset.

Hoc eodem tempore Bertaridus Rex
Longobardorum Cunipertum Filium *Cuni-*
Regni administrationi admouet, re- *pertus*
gnatque cum Filio deinceps adhuc *Longo-*
Rex.

Chri. Agato subindè Pontifex mortem *Agato-*
Ann. obit, cuius inter sanctos memoria co- *nis PP.*
682. litur IV. Idus Ianuarias. vacasse autem *obitus.*
Anast. sedem constat amplius sexquiannum,
licet tam diuturni interregni causa,
nequāquam tradatur.

Obiit eodem ferè tempore Geor-
gius Constantinopolitanus Patriarcha,
cuius

cuius morte integrū versipelli Theodoro fuit, qui Catholicam fidem cœlariuam susceperebat, sedem, à qua deie-
ctus, haud ita pridem fuerat, recipere. fuisse autem ab eo corrupta Sextæ Synodi Acta, antequam ederentur, ne-
mo dubitat.

Iam quod ad Occidentalem Eccle-
siam spectat, illud tantum ex veterum

Synod. Rothomagensem Synodus, Ansberto
Rotho- eius Vrbis Episcopo indicente, cele-
mag. bratam.

Post longum, ut diximus ab Agato- Chri-
nis obitu interregnum, Leo hoc no- Ann.
Leo II. mine II. Romanus Pont. renunciatur; 683.

Papa. cuius electione ab Augusto compro-
bata, Legatis Apostolicis Byzantij diu-
tius detentis, Romam redire demum
licuit, quos & ipsius Synodi secum
detulisse Acta, à Theodoro deprauata,
non, ut præse tulit, castigata, constat;
& ea quidem græcè scripta, quæ ab
ipso Leone latinè sunt redditæ. quod
vero non Synodi tantum Acta, sed ip-
sius quoque Leonis, quæ extant, literæ,
imposturæ suspicione non careant,
detegere eam Author hic nititur, illis
in disquisitionem vocatis.

Synod. Hoc item anno, Eruigij Regis quar-
Toleti. to, Synodus omniū ferè totius Hispania-
Civilia niæ Episcoporum Toleti cogitur, in
in ea qua actū de venia ijs indulgenda, qui
traditæ Tyrannos sectati fuissent, alijsq. non-
nullis,

nullis, quæ Regij potius esse iuris con-
stat, quam Ecclesiastici; ut nihil magis
Reges tum cupere visi fuerint, quam
ut Ciuitalia quæque negotia ad Episco-
pale Forum referrent; quò magis no- *Tempo*
stra deplores tēpora, quibus Vrbium, rū de-
ac Prouinciarum Præsides nihil magis *plora-*
agunt, quam vt Ecclesiasticum Tribu- *tio.*
nal labefactent, ac veluti solitarium
reddant.

Chri. At non diu superstes Leo, intra an- *Leonis*
num cæli Ciuibus adscribi est meri- *obitus.*
Ann. 684. tuus. Huic sublegitur Benedictus, cuius *Benedi-*
Marty rogatu Constantinus Imp. Senatu quo- *ctus II.*
rol. 28. que, ac Rom. Pop. flagitante, anti- *succe-*
Iun. quam Pontificiorum, Comitiorum li- *dit,*
Anast. bertatem restituit, à Theodorico, vt di- *Comi-*
ximus, ademptam. eiusdem quoque *tiorum*
Augusti decreto firmatum est, vt ne *Pontif.*
in posterum Romanæ Ecclesiæ subef- *liber-*
se Rauennates Antistites detrectarent. *tas.*
ex eo quoque propensior Constantini *Augu-*
Aug. in Romanum Pontificem bene- *sti in*
uolentia, ac veneratio constitit, cum Rom.
Iustinianum, atq. Heraclium Filios ei- *Pont.*
P.Dia. dem veluti sub Adoptionem dedit, il- *vene-*
lib. 6. lorum ad eum capillo, ex eius tempo- *ratio.*
c. 15. ris more, transmiso. *Mosscæ*

Hoc eodem anno Synodus iterum *tu di-*
Toleti cogitur, non alia, vt videtur, ex *gnus.*
causa, quam vt transmissa superiori an- *synod.*
no à Leone sextæ *Synodi Acta com-* Toleti.
probarentur.

Mortuo interim Theodoro, qui Cō-
stan-

168 Epit. Annal. Eccles.

stantinopolitanam Sedem, Catholicæ
fidei simulatione, iterum inuaserat,
Paulus eidem, ex Laico, subrogatur.

Const. Decimo septimo demum Principa- Chri.
Imper. tus anno Constantinus moritur, Impe- Ann.
mors. rij hærede Iustiniano filio relicto. re- 685.
Iustin. spexisse rum Deus paternam in tutan- CH
II. suc- do filio pietatem visus est. etenim Bar- AN
cedit. baros ita cōtinuit, ut Abimeleucus Sar- 68
racenorū Princeps non pacem mo- CH
do sanctè omnino seruaturum, sed pa- AN
ctum quoque tributum persoluturum
se, missis ad hoc Legatis, omniū, cum
admiratione, pollicitus sit.

Benedi Moritur & intra annum Benedictus,
cti PP. atque in Sanctorum numerum refer- S
mors. tur; quem Ioannes sequitur huius no- Iu
Ioa. V. minis V. natione Syrus, Romæ tamen
succe- diutius commoratus, & cum cæteris
dit. Legatus ab Agatone ad Synodum Oe- CH
cumenicam Byzantium missus.

Indicitur hoc eodem anno Syno- Sigeb.
dus (si tamen hoc nomine censendus Chron.
est Theodorici Gallorum Regis iussu
Episcoporum Conuentus tyrannicè
Ebroi- coactus) in eo, Ebroini opera, qui ad
ni ty- Aulæ Præfecturam (Maiorem Domus
rānis. vocabant) restiturus, inimicos, quorum
se instinctu deiectum antea existima-
uit, vtrum ire cupiebat, Episcopi com-
plures, aliisque Sacerdotalis, aut Mona-
stici ordinis Viri, quæ exilio, quæ alio
S. Lev- animaduersionis genere multati sunt. Sur. 2.
degar. in his S. Leodegarius Eduensis Episco- Octob.
pus

pus Tyranni sœ uitiam præ ceteris ex-
satiauit, præcifis labijs, abscissa lingua,
incisis plantis, effossisque oculis, capi-
te demum truncatus. cæterum quem-
admodum Tyrannus posteà diuinam
vltionem non effugerit, suo loco di-

Chri. cendum erit. Ioannes porrò annuus, *Ioannis*
Ann. & ipse, Pontifex moritur, cui Succes- *PP. obi*
685. sor datur Conon Trax genere, sed in *tus.*

Anast. Sicilia educatus, atque exindè in Rom. *Conon*
Clerum adscitus; Eius electio, non *succe-*
sine turbis peracta est, Theodoro Exar- *dit.*
cho eam sibi vtcumque vindicante,
terroremque Rom. Clero, armato mi-
lite, incutiente.

Cononis missu Chilianus, ab eo
Sur. 8. Episcopus consecratus quique postea
Iul. Martyrij palmam adeptus est, Franco-
niam, quam & Orientalem Franciam
vocant, Germaniæ Prouinciam, ad
Christi fidem traduxit.

Chri. Ceterum, velut iam præscripta lege, *Cono-*
Ann. Conon quoque Pôfifica us auno non- *nis obi*
687. dum exacto, diem obit extremum. Eius *tus.*
morte dirum inter Theodorum Archi-
presbyterum, ac Paschalem Archidia-
conum, Schisma conflatum est; & hoc
quidem malis artibus (Sacra pecunia
Exarcho oblata) Pontificatum am-
biente: his intei se muuò decertanti-
bus (quod in Cononis quoque Ele-
ctione vsu venerat) tertius Sergius à *Serg.*
Populo acclamat. *succe-*

Quo tempore truculéetus Carnifex *dit.*

H Ebroi-

Chri.
Ann.
685.

Sigeb.
Chron.

Sur. 2.
Octob.

170 Epit. Annal. Eccles.

Ebroi- Ebroinus Sanctorum Sanguine ebrius,
ni ca- plaudente Gallia , ab Ermenfrido tru-
des. cidatur.

Eruig. Obiit hoc tempore Hispaniæ Rex
mors. Eruigius successorem natus Egica-
Egica- nem Generum , eundemque Bainbae Fi-
nes suc lium, seu, quod alij tradunt, consobri-
cedit . num, licet Filijs Eruigius non careret,
quos Patris mores , ac Sæuitiæ Auari-
tia iuncta exosos omnibus reddiderat.

Synod. Igitur Egicanes ipso regni exordio Chri.
Toleti. Synodus Toleti cogi, ex more, curat. Ann.
adfuere Episcopi amplius LX. quorum 688.
decreta ipsis ex Actis pete .

Ad huc annum spectat Theodorici
Galliæ Regis obitus , cui Clodouæus
Filius eiusdem nominis tertius subro-
gatur . Porrò ipsi iam Francorum Re-
Gallia ges siue ex immatura etate, siue ex vo-
Regū luptatum illecebris, ac socordia , im-
focor- belles redditii, Regni curâ abiecerant,
dia. inque militiæ Duces, quos iam vulga-
to nomine Maiores Domus appella-
bant , per summam dementiam, tran-
stulerant , quod factum, ut Regis quo-
que postea nomen , quod supererat ,
amitterent .

Cez- Sæculi anno vndenonagesimo San- Chri.
dualla Etus Rex Ceadualla ex Britânia Româ Ann.

Angl. ad Apostolorum limina pietatis causa 689.

Rex. proficiscitur, ubi etate ad huc florens, Bed. l.
lethali correptus febri , extinguitur , s. c. 7.
atq. à Sergio, à quo paulò ante Baptis- P. Dia.
mo ablutus fuerat, honorifice tumula- l. 6. c.
tur .

Chi- 15:

Chilianus, quē ad Orientales Fran *Chilia*
cos missum à Conone diximus, Mar- *nimar*
Sur. 8. tyrium hoc anno passus est, quocum *tyriū*.

Iul. Colomannus quoque Presbyter, ac
Totnanus Diaconus, eandem palmam
adepti sunt.

Chri. At non idcirco diuina destituta est
Ann. ope Germania, cui ante a quidē Eu-
690. gelij iubar illuxerat; cæterū belli mo-
tibus continenter agitata, impietatis
iterum tenebris obducta, Idolorum
cultui miserandum in modum manci-

Bed. l. pata reperiebatur. ergò noui ad eam
3. c. 27 Apostoli ex Anglia proficiscuntur, Du-
Sur. 1. ce Ecberto, qui Monasticam, in Hiber-
Mart. nia, disciplinam, excoluerat. hi duoce-
cim numero, vbi patefactam sibi ad
Euangelium ianuam ea in Prouincia
cognouerunt, Legatione ad Rom.
Pontificem instituta, Apostolatum, &
prædicationis obeundæ authoritatem
ab eo expetunt, quibus impetratis,
mirificos, ea ex cultura, fructus retu-
lere.

Iustinianus porrō, futili ex causa *Iusti-*
(quod tributum, non ex cusa, Im *niani*
peratoris imagine, pecunia, recepis- *fatui-*
set) foedere cum Sarracenis dissoluto, *tas.*
in maximum Remp. discrimen conie-
cit, quod suo, ac totius Rom. Impe-
perij malo postea sensit.

Chri. Sequenti anno Cesaraugustana, *synod.*
Ann. apud Hispaniā, Synodus celebratur, in *Cesa-*
691. *qua illud, præter cætera, pacis bono,* *raug.*

cautum (quod etiam Toletani Patres decreuerant) ne Vxores Regum, post illorum obitum, secundas inirent nuptias, sed Regio deposito indumento, inter Sanctimoniales degeret. hoc pateretur inuadendæ tyrannidis occasionem sublatam existimarunt.

Bertarius Moritur sub idem tempus Bertarius P.D. Longobardorum Rex. Regni itaq. l. 5. a. *moriatur.* administratio ad Cunipertum Filium, 33. qui iam decennium cum patre regnabat, tota defertur. Hic statim Alachim pertus. Trideti Ducem perduellem, ac Tyran-Alachi num expertus est. in eum Zeno Ecclesiastis Dux. siæ Ticinentis Diaconus, nouo exempli Dux. plo, nec satis probato, arma sumpsit, quæ tamen parum fœliciter administrauit, victus ipse ab Hoste, ac in acie interemptus. tradunt Tyrannum ex nunc eius concepto in Zenonem odio, insitaq. votū. homini fœnitia, nefarium tum votum nuncupasse; si bello victor extitisset, puteum se, ex Clericorum testiculis, oppleturum. cæterum Rege ipso in aciem prouecto, ad singulare ab eo certamen, ne tot milites perirent, provocatus, cum abnuisset, prælio inito, occubuit.

Morte interim Pauli Constantino-Chri-politani Antistitis, sufficitur Callinicus, Ann. homo rerū nouandarū cupidissimus. itaque Rom. Pontifice inconsulto, nullaque venerandæ antiquitatis ratione habita, Episcopis nonnullis Byzantium euocato.

euocatis, Quintæ, ac Sextæ Synodi nomine, ac si illæ coactæ adhuc es- sent, quarum postrema soluta ante de- cennium fuerat, centum amplius Ca- nones, Impostor dementissimus, san- xit. quæ dè re Authorem fusè hic dis- serentem consule.

Chri. Hoc tempore Sisbertus Toletanus
Ann. Archiepiscopus, Sacerdotalis munéris,
693. omnisque adeò pietatis immemor, ac fidei, in piūm, ac iustum Regem Egicæ canem conspirauerat. perfidia igitur nisi laudetæta, Rex non nisi Sacris legibus des. aduersus eum agendum putauit. imo eiusmodi modestiæ, ac Religionis spe- cimen dedit, vt, coacta ad hoc Toleti Synod. Synodo, duobus oblatis, Synodi Pa. Toleti. tribus, libellis, nulla aduersus Sisbertū querela ingestæ ab eo sit, sed nefaria tantum molitio detegenda sic propo- fita. Porrò maiestatis licet reus, ex sua ipsius confessione Præful, non nisi dignitate, ac bonis exutus, exilio mul- Etatus est.

Miserat superiore anno Iustinianus Romam Zachariam Protospatarium, vt Sergium Pontificem, qui à Callinico sancitos Canones subscribere ab- nuerat, Byzantium perduceret, sed Rom. populus, ipsique milites tutari Sergium, Zachariam, contumelijs af- fectum, Vrbe eiecerant. his alijsque impiè simul, atque inconsultè gestis Augustus, Superū, ac mortaliū odium

H 3 ità

Dia.
5.6.
3.

Chri.
Ann.
692.

Iusti- ità incurrit, vt fastigio deiectus Im- Chri.
niani perij, subire exilium coactus sit, naso Ann.
casus. antea ad ludibrium, præciso, ex quo 694.
 illi *Rinotmeto* nomen est inditum. *Eius Theop.*
 loco Leontius Pæfectus, Augustus à *Cedrē*.
 Populo, ac militibus appellatur; qui
 iam triennium vincitus detinebatur.

Hæc quidè in Oriente. apud Occi-
Iudao- dentem porrò Hispania Iudæorū mo-
 rū mo- tu in maximum discrimen adducta est,
tus. quo compresso, Synodus Toleti cogi-
Synod. tur, cuius decreto Gés quietis nescia,
Toleti. bonis omnibus exuta, in seruitutem re-
 dacta est. Filij septemnio maiores à
 Parentibus abstracti (Baptismo quippe
 cum his abluti iam fuerant) idque ut
 in posterum subinde fieret perpetuò
 cautum. hac tum quidem ratione fu-
 turis Iudæorum motibus obuiam itum
 est.

Ad hæc eiusdem Synodi Patres sa-
 crilegum morem sustulere, vetantes,
 ne Missæ, pro defunctis celebrari con-
Insa- suetæ, pro viuentibus offerrentur. erat
nus in enim, ea tempestate, absurdo admo-
Hispa- dum in more positum, vt ad accersen-
mōs. dum inimicis interitum, pro eis huius-
 modi defunctorum sacra perageren-
 tur. usque adeò homines conceptum
 odium, Sacros verò Ministros lucri
 cupidus dementabat.

Hoc tempore qui Germaniam, di- Chri.
 uini prædicatione verbi, excolebant, Ann.
 eximios indè laborum fructus refere- 695.
 bant.

Cæf. Baron. Lib. VIII. 175

Sur. I. bant. Ex his Vuigbertus apud Frisiam S. Vuig
Mart. Martyrij demum palmam adeptus est. bertus
horum res præclarè gestas Marcelli- mart.
nus scripsit, qui ex illorum numero
fuit, ex quo multa Author huc conge-
rit, ad sequentes etiam annos spe-
ciantia.

Chri. Sarraceni interim Africam inuadūt, Sarra-
Ann. eaque magna, ex parte, potiuntur. tu- ceni A
696. tandæ huic Prouinciae missus à Leon- fricam
Theo- ph. & spērē cum Barbaris pugnauit, ijs post- capiūt.
Cedrē. modum animo, ac viribus auctis, Ro-
mano cū exercitu ad internacionem
cæsus est. tum qui cladi superfuerant,
milites Constantinopolim redire eru-
bescentes, Leontij quoque seuerita-
tem veriti, Absimarum, infamiæ fo- Tiber.
cium, Augustum appellant, ac Tiberio Absi-
nomen indunt, à quo Leōtius captus, marus
præcisus & ipse naribus, Dalmatiæ Imp.
697. Monasterio mancipatur. Leon-
Chri. Ad hunc iſum annum nonagesi- tius de
Ann. mum septimum, ac eiusdem sæculi re- iicitur.
698. liquos, res à nouis Germaniæ Apo-
699. stolis gestæ pertinent, ex eodem Mar-
700. cellino ab Authore hic relata ad quem
Anast. placet Lectorem remittere.
in Ser.

Chri. Nouo appetente sæculo Sergius Sergij
Pötifex obiit, vbi annos sedisset paulo PP. obi
Ann. minus XIV huic, post sexquimensem, ius.
701. sublegitur Ioannes, qui huius nominis Ioānes
Marty sextus numeratur. VI.

rolo. 9. Eodem ferè tempore, Egicane

H 4 apud

176 Epit. Annal. Eccles.

Egica- apud Hispaniam vita functo , Vuitiza **Luc.**
nis obi- Filius qui cum Patre pariter regnaue- **Tudē.**
tus. rat , regni habenas solus moderari , **Chron.**
Vuiti- occepit; monstrum verius quam Rex,
Zafil. cuius plus quam tyrannicum impe-
 rium, ac vitæ probra describi p̄aucis
 haud quaquam possunt , ideo apud
 alios legenda relinquimus .

Beneuentanus , hoc tempore , Dux Chri.
Gisulfus , infesto milite Romanos fi- **Ann.**
 nes populatus , captiuos secum mul- **702.**
 tos abducit , quos , sacris quoque va-
 sis , ac donarijs distractis , Ioannes
 Pontifex redimit .

Quo tempore Heimerannus Ratis- **Sur. 11**
 bonentis Episcopus Martyrij palmam **Sept.**
 adeptus est .

Iusti- Post decennale demum exilium **Chri.**
nianus Stinianus , Bulgarorum armis fretus **By-**
Impe- zantium petit , perq. aqueductum clan- **Ann.**
riū re- culum ; Vrbem init : Absimarum , indē **703.**
cipit. Leontium in potestatem redigit : tum **Theop.**
Vindi- ambos in Circum adductos , pedibus
cta ge- calcat . Populo interim illud Dauidicū
nus. usurpante ; Super aspidem , & Basi-
 liscum ambulasti , & conculasti Leo-
 nem , & Draconem ambos indē in
 Cynegium missos , capite truncari iu-
 bet . horum porrò Asseclas ita , per in-
 terualla , suppicio afficere instituit , vt
 plus vita quam vltionis materia non
 suppeteret sunt qui trādant , eum , quo-
 ties naso , abstergendi gratia , manus
 admoueret , alicuius , ex inimicis , cæ-
 dem

dem imperasse. Ad hæc iusto Dei iudicio factum, ut Callinicus Patriarcha oculis, Augusti iussu, orbatus, Romam in exilium pelleretur, à Romano Pontifice, quem despicerat, emendicare stipem coactus.

Callinico sublato, Augustus Cyrus, apud Amastridem Insulâ Monachum, subrogari curat, quod redditum sibi ad Imperium prædixisset.

P.Dia. Moritur hoc ipso anno Cuniper-tus Rex Longobardorum superstite *Cuni-perti ob.tus.* Luitperto Filio impubere, quem An-sprando, insigni Viro, in tutelam dedit. *Luit-pertus* Hunc Regébertus Laurinorum Dux, Ansprando acie victo, intra annū deiij. *perrus succedit.* at neq. is scelere diutius gaudet, eodem, & ipse anno extinctus.

Chri. Atrox inde bellum exortum, Rota-*Regem*
Ann. rit Bergomensium Duce Regnum am-*bertus.*
704. biente, Luitperto Caniperti Filio re-
Ado.in petente. cæterum, his mutuo decer-
Chron. tentibus, regnum defertur Aritperto,
Anast. qui vt Paulus Diaconus tradit, Alpes *Arit-*
Cottias Romanæ olim Ecclesiæ pa-*pertus.*
trimonium à Longobardis interceptū, eidem Ecclesiæ reddidit, eamque do-*Alpes*
nationem aureis exaratam literis Ioan-*Rom.*
ni tradidit, *Eccl.*

At verò Edilredus Merciorum, apud *readit.*
Angliam, Rex, cum annum in Regno *Edilre-*
ageret alterum, ac trigesimum, Mo-*dus.*
nachus factus, Coenredo Filio illud *Coenre-*
reliquit. *dus.*

H 5 Ioan-

178 Epit. Annal. Eccles.

Io. VI. Ioannes quoque , tertio Pontifica- Chri.
obitus. tus anno, extinctus, cognominem ha- Ann.
Ioānes buit Successorem, qui huius nominis 705.

VII. septimus numeratur, ad quem Iustinianus Princeps honorificam instituit Legionem qua duo Metropolitani Antistites functi sunt . missa cum Legatis Callinici, quæ diximus, ad Quintam, ac Sextam Synodum Additamenta ea verò , ut potè legitimo in conuentu haud sancita, recipere Ioānes abnuit,

Augu- atque ad Augustum ipsum remisit. qui Chri.
Si te- hoc ipso tempore, nō sine ingratiati- Ann.
meri- minata , iupto , quod cum Bulgaris 706.
tas. inierat, fœdere, armis eos laceſſere , non est veritus . cæterum, vt par erat, victus, egrè, ex pugna, ſuga elapsus est.

Ioānis Ioannes subinde Pontifex Petri se- Chri.
VII.º dem , triennio ferè infessam, Sisinnio , Ann.
bitus . morte obita, reliquit; qui tamen viginti 707.

Sisin- non amplius dies iuperstes , Successo- Chri.
niius. rem habuit Constantinum , cuius sub Ann.

Conſtā Pontificatus exordium, resiliens à Ro- 708.
tinus. manæ sedis subiectione Fœlix Episco- pus Rauennas , turbas maximas concitauit, quo factum , vt Augusti quoq. indignationem prouocaret, à quo, Byzantium euocatus, oculis orbatus est, tum exilio damnatus. Insuper Rauen- næ Ciues perduellionis, in quam, Prä- fuli plus æquo studentes, eruperant ,

Imp. ob abundè poenas dedere .

sequiu Constantinus itidem Rom. Pont. Chri.
in Ro. eiusdem Augusti accitu Byzantii pro- Ann.
Pont. fectus, ✓ 709.

Cæf. Baron. Lib. VIII. 179

Anast. fectus, eò antequam perueniret, ad

Bed. septimum ab Urbe lapidem Tiberium

Mari. Augusti Filium, ac Cirum Patriarchā,

Scot. Populiique, ac Cleri partem maxi-

Ansel. mam obuiam habuit. ipse quoque Iu-

Lucen. stinianus Nicea, ubi tum erat, profe-

ctus, Pontifici illuc properanti, tanta

cum obseruantiæ significatione, oc-

curredit Nicomediam, ut illius etiam

Chri. deosculati pedes voluerit. Quid porrò

Ann. annua fermè Byzantij mora ibidem

710. actum a Constantino fuerit, non satis

exploratum est. constat tamen ex his,

quæ Anastasius de Gregorio huius suc-

cessore habet, Callinici decreta in di-

squisitionem ab eo vocata, ex Synodi

Actis expuncta, atque ad Catholicæ

Fidei Regulam fuisse castigata.

Chri. Sequenti anno, quo Constantinus

Ann. Romam reuersus est, Saxonum Eccle-

711. siæ fundamenta, Suiberti opera, ia-

S. Sui-

ciuntur.

berius.

Bosphorani, ac Chersonenses ty-
rannicè à Iustiniano vexati, atque in-
iusto petiti bello, Philippicum cognō- Philip-

mento Bardanem, eius iusū nuper ab picus

exilio reuocatum, Augustum appellāt, Imp.

ac Byzantium deducunt; tum, qui

Iustiniano aderant, Aulici, ac Milites,

impunitatem pro se pacit, ipsum, ac

Tiberium Filium deferentes, Philippi- Iusti-

co trucidandos relinquunt.

nianè

Chri. Is porrò vixdum Imperium auspi- cades.

Ann. catus Fidei professionē Romano Pont.

180 Epit. Annal. Eccles.

ex more exhibet, sed qualem impium
Monotelitam decebat. itaque non à
Pontifice tantum, ac Romano Clero
reijcitur, sed à Populo quoque vni-
uerso, vna cum Authore ipso explodi-
tur, ac diris incessitur.

Ad hæc nouus Augustus sextam Sy-
nodum amoliri aggressus, Cyrum in
primis Catholicum Byzantij Antisti-
tem deiicit Ioannem suæ Sectæ homi-
nem subtiluit; quo indicente, Episco-
pi, ex Oriente, complures Regiam in
Vrbem confluunt. porrò cum aduer-
fus Ioannis sententiam, atque explo-
ratam Principis voluntatem hiscere,
nemo auderet, omnium suffragijs sex-
ta Synodus, sanctique ab ea Canones

Arit-abrogantur.

perteon Eodem anno moritur Aritpertus, *P.Dia-
bitus*. Ansprandus Iustitiæ fama insignis Vir, *l. 6. c.*

An. quo de alibi meminimus, subrogatur; *35.*
Spran- eo tamen adhuc superstite, nec ab-
dus. nuente, Luitprandus ipius Filius pau-

Luit- cos post menses Rex eligitur, regnat-
pran- que annos amplius XXX. constat por-
dus. rò illum ipso Regni exordio Aritperi
Philip- donationem Rom. Ecclesiæ factam *Chi-*
picus confirmasse. *Ann.*

deijci- At Philippicus altero Imperij anno *713.*
zur. suorum conspiratione captus, atque
Arte- oculis orbatus, in exilium pellitur.
mius Artemius Vir Catholicus, quem An-
qui A- stasium vocare placuit, Augustus ap-
nalis. pellatur. Hic nihil prius habuit, quam
Imp. *vt*

ut se rectæ fidei Cultorem profitere-
retur, eaque de re certiore per Le-
gatos Rom. Pontificem redderet, igi-
tur Constantinus Arthemio Imperium
virtute partum, & fidei cultum gratu-
latus, Apocrisarium ad eum mittit, qui
Lapsos, Tyranni metu, nuper Episco-
Luc. pos, quod plerique omnes optarent,
Tud. Catholicæ cōmunioni redintegraret.
Chr.

Ad hūc ipsum annum, sæculi, quod
percurrimus, XIII. spectat Sarrace-
norum in Hispaniam ingressus, & flo-
rentissimi dudum Regni miserandæ,
ac diuturnæ postmodum captiuitatis
exordium.

Triennio fere antea Vitiza Rex impius
decesserat, cuius ob tyrannidem Filij *Rode-*
superstites, patreno exclusi fuerant *ricus*
Regno, Roderico illis subrogato. Fur. *Hispa-*
malus ergo, atque Erpilio (hæc eo- *Rex*.
rum erant nomina) p. iuatæ conditio-
n's impatientes, Saracenos ex Africa
accersunt, quorum armis Rodericus
vincitur, Regnoque ac vita spoliatur.
victoria potiti Barbari, haud ægrè
postea Regno vniuerso potiuntur.
quo verò id pacto gestum sit, sequen-
tibus deinceps annis erit recensendū.

Chri. Haud ita multo post Pipinus de, *Pipi-*
Ann. cessit, qui Gallæ Regnum pro Dago *nus I.*
714. berto huius nominis II. administrabat.
ea Præfectura functus annis XXVII.
quam ad Carolum Filium cognomen *Carol.*
to Martellum, rerum postea gestarum *Mar-*
fama bellus.

182 *Epit. Annal. Eccles.*

fama celeberrimum, transtulit. Caro-
lus porrò maiores in dies opes, ac glo-
riam parans, posteris ad Regni fasti-
gium viam aperuit.

Cōflāti Eodem ferē tēpore obiit Constanti-
ni PP. nus, vbi sedisset annos paulo amplius,
obitus. VI. cui Gregorius II. eius nominis
Grego- subiectus est, a cuius insigni Pontifi-
cius II. catu Author Nonum Annalium to-
succe- mum exorditur. nos verò hanc ipsam
dit. Epitomen, ex instituto, prosequentes,
libellum item nonum, Deo Duce, au-
spicabimur.

Libri VIII. finis.

AN-